DE CONSENSU CONNUBIALI TRACTATUS. AUTORE D. DIDACO DE MEDRANO, ...

Diego : de Medrano, Valenti Gonzaga, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO

PRINCIPI D. PETRO FERNANDEZ DE CASTRO, COMITI DE LEMOS, de Andrade,& de Villalua, Marchioni de Sarria,& ſupremi Indiarum Senatus Præſidi,

D. DIDACVS DE MEDRANO Hiſpanus Iuriſconſultus S. P. D.

CVM ea ſit ſcientiarum pulchritudo & dignitas (Princeps excellentiſſime) vt ſummos etiam Principes & Monarchas deceat, tantóque meliùs Reſpublicæ gubernentur, quantò ſapientiores literarum Principes fuerint, adeò vt optimè dicere diuinus Plato potuerit, beatas tum demùm fore Reſpublicas, cùm aut Philoſophi eas gubernarent, aut qui eas gubernant philoſopharentur: non abs re vetus iam olim fuit conſuetudo ſcribentium opera ſua, vigilias, & lucubrationes Imperatoribus, Regibus & Heroibus dedicare, vt illorum patrocinio & fauore allecti homines ad ſcientiarum cognitionem permouerentur. Ego cùm te ſtudiorum meorum fautorem habere valdè deſiderem (quippe qui & literarum & literatorum Mecænas communi nomine & es & appellaris) hæc ingenij mei primitias, exiguum munus, ti-

teor, ſed quantò minus fuerit, tantò etiam maiori eſſet numine & patrocinio, tibi, Excellentiſsime Princeps, offero; vt ex fulgentiſſimis excellentiæ & ſplendoris tui radijs illuſtrentur, & in ingenij acumine, quaſi in fornace aurum, examinentur & purificentur. Ergo agè, precor, magnanime Princeps, præſtaque vt ſtudia mea à te benignè iuuentur, quo allectus ipſe de me maiora audeam polliceri, tantóque magis præſta, quantò magis potes polléſque: nihil enim habet nec fortuna tua maius, quàm vt poſſis; nec natura tua melius, quàm vt velis. Vale.

LECTO

LECTORI MEO ſalutem dico.

ETsi multa in Iure (candide Lector) de nuptiis ſcripta reperiam, nil tamen cùm videam hoc genere ſcribendi editum, (quo non ſolùm noſtri temporis obſeruationem, ſed antiquitatis ritus & normam in coëuntium conſenſu nuptiis adhibendo, non ſine magna vtilitate & delectatione declarari ſpondeo, & præſertim cùm magnam huius tractationis partem ſolemni egregiæ Salmanticenſis Scholæ more, annis ſuperioribus, pro obtinenda licentiæ laurea, magna cum audientium patrum adprobatione publicè recitauerim; quippe quæ multa continet quæ in foro quotidiè, & in Scholis tractantur, & ab aliis nuſquam ſic expoſita reperiuntur, optimo quidem imperandi modo ductus in formam libelli digeſſi, interimq; dum maiora alia moliar compendia emitto. Teq; (Lector amice) quibus poſſum precibus moneo & obſecro, vt traditas hîc Iuriſconſultorum, Cæſarum, & Pontificum interpretationes attentè conſideres, nec quicquam morſui conſentias antè quàm ſentias. Si quid autem minùs perfectum compereris, humaniter corrigito. Vale.

INDEX CAPITVM,

QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

CAP. I. *De neceſſitate matrimonij, & eius inſtitutione.* pag. 1.

II. *De etymologia matrimonij, coniugij, connubij, & nuptiarum.* pag. 5.

III. *De conſenſu neceſſario ad indiuiduam vitæ & omnium rerum communitatem inter coniuges contrahendam.* pag. 7.

IV. *De matrimonio vſu, farre, & coëmptione contracto.* pag. 19.

V. *Qui iuſtas nuptias contrahere poterant, & qui non.* pag. 18.

VI. *An furioſus, mente captus, ebrius, mutus & ſurdus à natiuitate, conſenſum habeant ad nuptias contrahendas.* pag. 20.

VII. *De legitima ætate ad iuſtas nuptias contrahẽdas.* pag. 25.

VIII. *Quibus tẽporibus nuptiæ celebrari prohibebantur.* pag. 26.

IX. *De nuptijs contractis ſine conſenſu parentum.* pag. 29.

X. *De validitate legis 49. Tauri, cum ſimilibus, pœnam exhæredationis irrogantibus in filios, qui ſine conſenſu parentum nuptias contrahunt.* pag. 32.

XI. *An verba requirantur de nuptiarum ſubſtantia, vel etiam ex præcepto Eccleſiæ, ſaltem inualentibus loqui; an verò ſufficiant ſigna exteriora ad exprimendum conſenſum coniugalem.* pag. 37.

XII. *De conſenſu coniugali per procuratores coniugibus reuelato, & de ijs quæ requiruntur vt huiuſmodi reuelatio conſenſus matrimonium ſortiatur.* pag. 46.
XIII. *De nuptijs metu contractis, & quando is dicatur cadere in virum conſtantem.* pag. 51.
XIV. *De matrimonio per iuramentum metu extortum contracto.* pag. 61.
XV. *De pœna in nuptijs contrahendis appoſita.* pag. 64.
XVI. *De conditionibus aduerſus ſubſtantiam connubialis contractus.* pag. 68.
XVII. *De impoſſibili conditione.* pag. 75.
XVIII. *De turpi conditione.* pag. 85.
XIX. *De matrimonio errore contracto.* pag. 87.

LEGVM

LEGVM, QVÆ IN HOC LIBRO EX PROFESSO DECLARANTVR ET exornantur, verba.

Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum, c.3. refertur in c. ſufficiat, 27.q.2.

SVFFICIAT ſecundùm leges ſolus eorum conſenſus, de quorum coniunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi in nuptiis ſolus fortè defuerit, cætera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.

D. Ambroſius lib.1. de Abraham, c. vltimo, refertur in c. honorantur, 32.q.2.

Honorantur parentes Rebeccæ muneribus, conſulitur puella non de ſponſalibus (illa enim iudicium expectat parentum: non eſt enim virginalis pudoris eligere maritum) ſed iam deſponſata viro de profectionis conſulitur die, nec immeritò dilationem non attulit.

Gregorius IX. in c. ſi inter, 31. de ſponſal.

Si inter virum & mulierem legitimus conſenſus interueniat de præſenti, ita quòd vnus alterum mutuo

conſenſu, verbis conſuetis expreſſo, recipiat, vtroque dicente, Ego te in mea accipio; &, Ego te accipio in meum; vel alia verba conſenſum exprimentia de præſenti, ſiue ſit iuramentum interpoſitum, ſiue non, non licet alteri ad alia vota tranſire.

Innocentius III. Arelatenſi Archiepiſcopo, in c. cùm apud, eodem titulo.

Cùm apud ſedem Apoſtolicam; & infrà: Sanè conſuluiſti nos, vtrùm mutus & ſurdus alicui poſſint matrimonialiter copulari: ad quod taliter reſpondemus, quod cùm prohibitorium ſit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicunque non prohibetur, per conſequentiam admittatur, & ſufficiat ad matrimonium ſolus conſenſus illorum, de quorum, quarumque coniunctionibus agitur: videtur quòd ſi talis velit contrahere, ſibi non poſſit, vel debeat denegari: cùm quod verbis non poteſt, ſignis valeat declarare.

Alexander III. Salernitano Archiepiſcopo, in c. licèt, de ſponſa duorum.

Licèt præter ſolitum; & infrà: Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi inter virum & mulierem legitimus conſenſus interueniat de præſenti, ita quidem, quòd vnus alterum in ſuo mutuo conſenſu, verbis conſuetis expreſsè recipiat, vtroque dicente, Ego accipio te in meam; &, Ego accipio te in meum, ſiue ſit iuramentum interpoſitum, ſiue non: non licet mulieri alij nubere, &c.

Paulus lib. decimooctauo Reſponſorum, in l. Paulus, 11. de ſtatu hominum.

Paulus reſpondit, eum, qui viuente patre & ignorante de coniunctione filiæ, conceptus eſt, licet poſt mortem aui natus ſit, iuſtum filium ei, ex quo conceptus eſt, eſſe non videri.

Idem Paulus lib. 35. ad Edictum, in l. 2. ff. de ritu nupt.

Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coëunt, quorúmque in poteſtate ſunt.

Terentius Clemens lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam, in l. non cogitur, 21. de ritu nuptiarum.

Non cogitur filiusfamilias vxorem ducere.

Celſus lib. decimoquinto Digeſtorum, in l. ſi patre cogente, eodem tit. de ritu nupt.

Si patre cogente ducit vxorem, quam non duceret, ſi ſui arbitrij eſſet; contraxit tamen matrimoniũ, quod inter inuitos non contrahitur: maluiſſe hoc videtur.

Iuſtinianus in principio Inſtitut. de nuptijs.

Iuſtas autem nuptias inter ſe ciues Romani contrahunt, qui ſecundùm præcepta legum coëunt; maſculi quidem puberes, fœminæ autem viri potentes: ſiue patresfamilias ſint, ſiue filijfamilias: dum tamen ſi filijfamilias ſint, & conſenſum habeant parentum, quorum ſunt in poteſtate. Nam hoc fieri debere, & ciuilis & naturalis ratio ſuadet: in tantùm, vt iuſſus parentis præcedere debeat.

Mandamos que el que contraxere matrimonio que la ygleſià tuuiere por clandeſtino con alguna muger por el miſmo hecho, el y los que en ello interuinieren y los que de tal matrimonio, fueren teſtigos incurran en perdimiento de todos ſus bienes, y ſean aplicados a nueſtra Camara, e fiſco, y ſean deſterrados deſtos nueſtros reynos en los quales no entren ſopena de muerte, y que eſta ſea iuſta cauſa para que el padre y la madre puedan des heredar ſi quieren a ſus hijas que el tal matrimonio contraxeren, lo qual otro ninguno no pueda acuſar ſino el padre, y la madre muerto el padre.

AVCTORVM QVORVM
SENTENTIÆ ET OPINIONES
IN HOC LIBRO CITANTVR ET
exponuntur nomenclatura ordine Alphabeti digeſta.

A

ABBAS Panormitanus.
Accurſius.
Adrianus.
Agellius.
Alexander ab Alexandro.
Alexander de Neuo.
Alexander de Imola.
Almainus.
Aluarus Balaſcus.
D.Ambroſius.
Ambroſius Calepinus.
Ancharanus.
Andreas Tiraquellus.
Andreas Alciatus.
Angelus Aretinus.
Angelus Clauaſius.
Alfonſus à vera Cruce.
Alfonſus Accuedus.
Antonius Contius.
Antonius Gomeſius.
Antonius Henricus.
Antonius Guiuertus.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Menetius à Padilla.
Antonius Pichardus.
Apuleius.
Archidiaconus.
Arnobius.
Ariſtoteles.
D.Auguſtinus.

B

Baldus.
Bartolus.
Bartholomęus à Ledeſma.

Bartholomæus à Metina.
Bartholomæus Salicetus.
Barnabas Briſſonius.
Baptiſta Fulgoſius.
Bernardus Gloſſator.
Boëtius.
Boſcocus.
Burſatus.

C

Cagnolus.
Caietanus.
Calcaneus.
Calderiſius.
Cardinalis.
Carolus Sigonius.
Clementinarum liber.
Concilium Toletanum.
Concilium Tridentinum.
Concilium Florentinum.
Codex Iuſtinianæus.
Columella.
Cornelius Tacitus.

D

Decretalium liber.
Digeſtorum libri.
Didacus Couarruuias.
Didacus Perez.
Didacus Gomez Corneio.
Didacus Spino.
Dionyſius Halicarnaſſęus.
Dominicus Soto.
Dominicus Francus.
Dominicus à S. Geminiano.

E

Ægidius Bellamera.
Æmilius Ferretus.
Euripides.
Eccleſiaſtes liber.

F

Felinus.
Ferdinandus Menchaca.
Feſtus Pompeius.
Flaminius.
Florentinus.
Fornerius.
Fortunius Garcia.
Franciſcus Ripa.
Franciſcus Duarenus.
Franciſcus Hotomanus.
Franciſcus Balduinus.
Franciſcus Conanus.
Franciſcus à Victoria.

G

Geneſis liber.
Gratiani Decretum.
Guilielmus Benedictus.

H

Hieronymus Gratianus.
Homerus.
Horatius.
Hoſtienſis.

I

Iacobus Cuiacius.
Iacobinus.
Ignatius à Salcedo.
Ioannes Corraſius.
Ioannes Andreas.
Ioannes Matienſo.
Ioannes de Fant.
Ioannes Gutierrez.
Ioannes Segura de Aualos.
Ioannes Neuizanus.
Ioannes Maior.
Ioannes Igneus.
Ioannes Lupus.
Ioannes Crotus.
Ioannes Solerzanus.
Ioannes Monachus.
Ioannes Imola.
Ioſephus Henricus.
D.Iſidorus.
Iuſtus Lypſius.

L

Leges XII. Tabularum.
Leges Partitarum.
Leges fori Hiſpaniæ.
Leges ordinamenti.
Leges Tauri.
Leges recopilationis.
Liuius.
Ludouicus Romanus.
Ludouicus Molina.
Ludouicus Lupetius.

M

Magiſter Sententiarum.
Marcus Varro.
Marcus Tullius Cicero.
Marcus Antonius Cucus.
Mattheus VVesẽbechius.
Matthæus de Afflictis.
Macrobius.
Muſæus Poëta.

N

Nicolaus Boërius.
Nonius Marcellus.

O

Odofredus.
Oldraldus.
Ouidius.

P

Palacius Canonicus ciuitatis Roderici.
Paludanus.

Pardul

Pardulfus Prateius.
D.Paulus.
Paulus Pariſius.
Paulus Caſtrenſis.
Palmerius.
Panucius.
Petrus Gregorius.
Petrus Vellez à Gueuara.
Petrus Barboſſa.
Petrus à Ledeſma.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Philippus Probus.
Philippus Decius.
Præpoſitus.
Prouerbiorum liber.

R

Raphaël Socinus.
Richardus.
Rolandus.
Romuli leges.

S

Scotus.
Sebaſtianus de Medecis.
Seruius.
Speculator.
Socinus.
Sylueſter.

T

D.Thomas.
Thomas Santius.
Tertullianus.
Turrecremata.

V

Valerius Maximus.
Valerius Martialis.
Virgilius.
Viualdus.

Z

Zephal us.

TRA

TRactatum hunc, qui inſcribitur, *de Connubiali conſenſu: Auctore D. DIDACO DE MEDRANO, Iuriſconſulto Hiſpano*; nunc primùm in lucem emiſſum, HORATIO CARDON, bibliopolæ Lugdunenſi; vltra eum nemini, niſi cui ipſe conceſſerit, excudendum diuendendúmque permittimus. Datum Lugduni, Idibus Auguſti, 1609.

SEVE.

D. DIDA

D. DIDACI DE MEDRANO DE CONSENSV CONNVBIALI Tractatus.

CAPVT PRIMVM.

De neceſſitate matrimonij, & eius inſtitutione.

SVMMARIVM.

1. *Matrimonium à Deo inſtitutum in creatione mundi, ad conſeruationem humanæ creaturæ.*
2. *Matrimonium poſt peccatum in remedium concupiſcentiæ, & ad fornicationis vitationem inſtitutum. Matrimonium eſt Sacramentum, dum eſt remedium peccati.*
3. *Matrimonij triplex bonum.*
4. *Prolis generatio non inferius bonum.*
5. *Spartæ & Romani præmia conſtituêre ijs qui procreandis liberis operam darent.*
6. *Cælibatus valde probroſus apud antiquos, & multæ pœnæ impoſitæ fuerunt vitam cælibem degentibus.*
7. *Conditio*, ſi non nupſerit, *ex lege Iulia de maritandis ordinibus, vtpote matrimonia impediens ab vltimis*

voluntatibus, reijcienda.

8. *Iuſiurandum liberti*, ne vxorem duceret, *vel libertæ*, ne nuberet, *ex dicta lege reijciendum, quia impedit matrimonium.*

QVAM vtile, quámque ſemper neceſſarium 1
Reipublicæ fuerit matrimonium, nemo eſt qui ignoret, cùm ab ipſa mundi creatione, & in ſtatu innocentiæ in officium naturæ, tanquàm ad humanæ creaturæ conſeruationem conueniens, iuxta illud Geneſis *a*: *Creſcite & multiplicamini*, à Deo fuerit inſtitutum in ore Prophetico protoplaſti Adami, dicentis *b*: *Hoc nunc os de oſſibus meis, caro de carne mea: quamobrem relinquet homo patrem & matrem, &. adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*; vt amicabili quadam coniunctione inita, alterius regentis, & alterius obſequentis, genus humanum propagaretur, & vitæ ærumnas alter alteri ſuſtineret, & adiuuaret, iuxta illud Geneſis *c*: *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Cui optimè conuenit quod Ariſtoteles *d* inquit: *Primùm igitur neceſſe eſt combinare illos, qui non poſſunt eſſe niſi ſimul, ceu marem & fœminam generationis cauſa; & hoc non ex electione, ſed velut in cæteris animalibus & plantis naturale eſt deſiderium, quale ipſum eſt tale alterum relinquendi, imperans verò natura & parens propter conſeruationem.*

a c.1.Geneſ.

b c 2.Geneſ. & refertur in c lex diuinę, 27 q 2.notat Magiſter ſententiarum in 4.diſtin.26.

c Geneſ.c.2. & adnotauit D Thom.in 4.diſt.26.q.1.

d Ariſtot. 1. Polit. c.1.

Poſt peccatum etiam fuit inſtitutum ad forni- 2
cationis vitationem, & in concupiſcentiæ remedium, iuxta illud Pauli *e*: *Habeat vnuſquiſque ſuam vxorem, propter fornicationem vitandam.* Quare Auguſtinus,

e D.Paul.1. ad Cor.7.

ſtinus *f*, *Nuptiarum* (inquit) *bonum, ſemper eſt quidem bo-*
num, ſed in populo Dei fuit aliquando legis obſequium, nunc
eſt infirmitatis remedium. Hinc fit vt Sacramentum di-
catur, dum eſt remedium peccati.

3 Vnde tria bona continet matrimonium, ſcilicet
vitam indiuiduam mutuo initam amore, fidem qua
inuicem coniuges ſibi corpora tradunt, aliiſque ne-
4 gant, generationem prolis & procurationem *g*, quæ
inter ſuprà dicta bona non inferiorem obtinet lo-
cum, quippe quæ ipſum mutuum amorem coniu-
galem conciliet, Rempublicam liberis hominibus
repleat *h*. Nam & Paulus Iuriſconſultus *i* Adrianum
Cæſarem reſpondiſſe refert, ſe malle ampliari Im-
perium hominum adiectione potiùs quàm pecu-
niarum copia. Sícque vt ciuitates multis hominibus
5 implerent, & illuſtrarent, Spartæ legibus præmia
conſtituêre iis qui procreandis liberis operam da-
rent, & eum, qui tres filios ſuſcepiſſet, à cuſtodia, &
qui quatuor, ab omnibus muneribus immunem
eſſe, auctore Ariſtotele *l*. Et tandem apud Roma-
nos conſtitutum fuit à Iuliano Cæſare Imperato-
re *m*, vt qui duodecim liberos haberet ab oneribus
etiam patrimonialibus (vt eſt communis opinio)
excuſaretur. Et Seuerus & Antoninus *n* eũ qui Ro-
mæ tres liberos, in Italia quatuor, in prouinciis
quinque haberet, à muneribus perſonalibus rele-
uari iuſſerunt.

6 Vnde cœlibatus ita probroſus erat, vt præter in-
famiæ notam & incapacitatis recipiendi ex teſta-
mento grauiſſimæ pœnæ impoſitæ fuerint in ab-

f D. Aug lib. de bono viduitatis, c. 8. refertur in c. nuptiarũ, 27. q. 1. notant D. Thom. in additionibus ad 3. partem q. 41. & 42. Turrecremata in ſumma, 27. q. 1.

g c omne, 27. q. 2.

h l. 1. ff. ſoluto matrim. l. hoc modo, 64. in fine, de condit. & demonſt. l. 1. verſ. & generaliter, cl. 2. de ventre in poſſ. mittendo. l. in bello, §. medio tempore, in fine, de capt. & poſtlim. reuerſ. l. 2. de iure dot. l. 2. C. de indict. viduit. tolléd.

i Paulus Iuriſconſ. in l. cùm ratio, 7. §. ſed ſi plures, ff. de bonis damnat.

l Ariſt. lib. 2. Polit. c. 7.

m Iulian. Cæſar in l. ſi quis decurio, la. 2. & tenet gloſſa C. de decurionib.

n Seuerus & Antoninus in l. 1. C. qui num. liberor. ſe excuſent.

horrẽtes à nuptiis, ex lege Papia Poppæa, lege Ælia Sentia, lege Iulia de maritandis ordinibus, & lege Iulia Miſcella, quibus cogebantur omnes ad vxores liberorum procreandorum cauſa ducendas cœlibatui pœnas irrogantibus, & eos maioribus prærogatiuis & præmiis afficientibus, qui plures liberos ſuſtuliſſent, & quicquid coniugiorum libertati obſtaſſet reiicientibus, quarum legum meminêre Vlpianus & alij *o*.

Quo fit vt conditio illa, *ſi non nupſerit*, vltimarum voluntatum diſpoſitionibus adiecta, vtpote matrimonia impediens reiiciat, ex dicta lege Iulia, de maritandis ordinibus, vt rectè probant Cuiacius, & alij *p*. 7

Hácque ratione ſcripſit Paulus I.C. *q* Iuſiurandum liberti, *ne vxorem duceret*, vel libertæ, *ne nuberet*, remitti lege Iulia de maritandis ordinibus, eò quòd liberto in hoc impoſitum fuerit, ne vxorem duceret, & libertæ, ne marito nuberet. 8

Nec ſolùm Romanis, ſed etiam aliarum nationum gentibus ignominioſus erat cœlibatus, ſiquidem Lycurgus inter alias leges, quas tulit Lacedæmoniis, teſte Plutarcho *r*, fuit illa præcipua in eos qui à nuptiis ſe abſtinerent, nec liberorum ſuſcipiendorum cura moueret; ſed qui cœlebs vixiſſet, gymnitiis & publicis ſpectaculis arceret, nudúſque hyeme forum circumiret, nec vt cæteri ſenes in honore apud iuuenes eſſet. Et, quod peius eſt, procreationis cauſa licebat ſenioribus aliquem probum iuuenem ad vxorem admittere, & quod ex huiuſmodi 9

o Vlpian. in fragm. ti 13. cũ ſequenti, ad cúmque tit. Cuiac. & lib. 3. obſeruat. c. 12. Duaren' li. 1. diſput. c. 40. & ſeq. Alciat. lib. 3. diſpunction. c. 30. Briſſonius lib. ſingulari de iure connubiali. Prateus Anton. Aug. & Hotomanus ad veteres populi Romani leges, C. de Papia Poppæa & de Ælia Sentia, Iulia Miſcella & Iulia de maritandis ordinibus.

p Cuiacius in notis ad Vlp. tit. 6. verſic. neutri legi, & ad Iulium Paulum, li. 3. tit 4. verſ. conditionis contra leges Anc. Auguſt. de legib. C. de lege Iulia de maritandis ordinibus, 2 p. ad finem.

q Paulus I.C. in l. adigere, 6. §. lege Iulia. ff. de iure patronat.

r Plutarch. in vita Lycurgi.

modi coitu naſcebatur, nõ iuueni dabatur, nec tribuebatur, ſed ſeni, qui tanquàm ſuum habebat. Ridicula profectò lex, & cum ipſo iure naturæ pugnans, quam cæteræ quoque gentes irridebant & deteſtabantur.

CAPVT SECVNDVM.

De etymologia matrimonij, coniugij, connubij, & nuptiarum.

SVMMARIVM.

1. *Traduntur etymologiæ matrimonij, coniugij, connubij, & nuptiarum.*
Mater nõ ſolùm in partu, ſed antè & pòſt, patitur multos labores, ſempérque certa eſt, & non ita pater eſt certus.
Nouæ nuptæ antiquitùs caput tegebatur velamine lutei coloris.
2. *Traditur ratio cur ſponſa caput tegebat, & cur hodiè velentur fœminæ, cùm ſacerdotales benedictiones à Parocho accipiunt.*

1 Etsi matrimonium idem ſit quod coniugium, connubium, & nuptiæ *ſ*, matrimonium tamen dicitur, quia mulier nubit vt mater efficiatur. Sic Auguſtinus *t*, à nomine matris nondum adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi, auctore Gellio *v*. Vel etiam dicitur quaſi matris munium, id eſt, officium, quod habet in liberorum procreatione, quæ quidem non ſolùm in

ſ l.1.ff. de ritu nuptiar.
t D.Auguſt. lib.10.cõtra Manichæos, c.26.
v Agellius lib.18.c.6. & refert Carolus Sigonius lib.1.de antiquo iure ciu. Rom.c.9.

partu,ſed ante & poſt partum, multos & varios patitur labores *x*. Quare maior in hoc matris quàm patris habetur ratio; cùm ea certa ſit; & non ita pater ſit certus, vt apud Homerũ *y* ſic inquit Telemachus, *me eſſe Vlyſſis filium reuelauit mater*. Coniugium autem dicitur ab effectu,eò quòd duo vna caro efficiantur per coniunctionem. Nuptiæ verò & connubium ab obnubendó ſeu velando, quia nouæ nuptæ flammeo præ pudore caput tegebatur velamine lutei coloris, quod veteres obnubere vocabant. Sic Feſtus, qui varias notationes huius vocis affert, Ælio Gallo & Cincio placuiſſe tradit. Varro *z* autem nuptias à nuptu, id eſt, opertione vocat, & docet D. Ambroſius *a* de exemplo Rebeccæ nubentis ſe, atque velantis ad conſpectum ſui ſponſi Iſaac. Cuius ratio poteſt eſſe, quia cùm à ſerpente decepta Eua Adam virum ſuum fefellit, propter peccati erubeſcentiam caput & faciem obtegit, quo ſe viro ſubditam & inferiorem oſtenderet; hincq; hodiè cùm maritantur fœminæ, & ſacerdotales benedictiones à Parocho accipiunt, velantur, vt ſe ſubditas eſſe viris ſuis nouerint *b*.

x c.2.de conuerſ.infidel. l.aſſiduis,C. qui potior.in pignor. habeãtur,§. ſed nos,Inſtit.de S.C.Tertull. & optimè l. 2.tit.2.p.4.

y Homer. Odyſſ. 1. & probat text. in princ.Inſtit. de ingenuis, notat Boſchoeus tract. de nuptiis,in prin.

z Varro lib. 3. de lingua Latina.

a D.Ambroſ. in Geneſ. c. 24.refertur in c. nec illud,30.q.5.

b c. fœminæ, 30.q.5.

CAPVT TERTIVM.

De conſenſu neceſſario ad indiuiduam vitæ & omnium rerum communitatem inter coniuges contrahendam.

SVMMARIVM.

1. TRaditur matrimonij definitio.

Explicatur mos antiquus Romanorum, cùm in domum viri introducebatur ſponſa.

2. Vxores cur apud Romanos dominæ & matresfamilias appellarentur.

3. Traditur ratio ex Plutarcho, cur donationes inter coniuges prohibeantur.

4. Conſenſus liberrimus ad mutuam corporum & animorum perpetuam coniunctionem requiritur, & aſſignantur aliquæ rationes.

Matrimonia ſine conſenſu contrahentium celebrata triſtes atque infœlices exitus habere.

Refertur Nicolai III. reſpõſum ad conſulta Bulgarorum.

5. Conſenſum paternum iure ciuili requiri in nuptijs filiorum, qui ſunt in poteſtate, non ad earum validitatem, ſed ad ſolemnitatem & iuſtificationem.

Liberi nati ex matrimonijs cõtractis à filijsfamilias ſine conſenſu parentum, etſi iniuſti, veri tamen filij & naturales habebantur, & in aliquibus æquiparabantur legitimis & iuſtis.

Traditur intellectus ad Vlpianum in l. ſi vxor, verſ. planè, de adulterijs.

6. Eman

6. Emancipati iuſtas nuptias contrahebant, iniuſſu etiam parentum, niſi minores fuiſſent 25. annorum; & traditur ratio.

7. In nuptijs filiarum, etiam maioribus 25. annorum, requirebatur conſenſus parentum; & aſſignatur ratio.

8. Pater filiam in vxorem ſpondere ſolebat per ſtipulationem, & referuntur aliqua exempla Plauti, & aliorum.

9. Filius, qui iuſſu patris duxit vxorem, excuſatur infamia.

10. Tutores aliquando dari ſolere ex lege Iulia de maritandis ordinibus, mulieribus, qui eas deſponderent in vxores.

CVM definitio matrimonij oſtendat eſſe maris & fœminæ coniunctionem, quæ indiuiduam vitæ conſuetudinem continet *c*, adeò vt apud Romanos mos fuerit (vt ex Plutarcho & aliis) refert non minùs elegantiſſimus, quàm doctiſſimus, Ioannes de Solorzano *d*, vt cùm ſponſa in domum viri introduceretur, diceret, *Vbi tu Caius, ego Caia*; quaſi omnium bonorum & rerum communitatem inter eos cum viro paciſceretur; & vbi maritus dominus & paterfamilias, ibi quoque vxorem dominam matremq; familias futuram; Vel etiam quia vbi gaudens maritus, ibi gaudens quoque vxor eſſe deberet. Caium enim à gaudio apud Romanos appellari (dum eo nomine ſignificantur, qui cum maximo parentum gaudio naſcuntur,) ex Valerio *e* ipſe contendit. 1

c l. 1. ff. de ritu nuptiar. §. 1. Inſtit. de patria poteſt. c. illud, de præſumptionibus. l. 1. tit. 2. p. 4. Couar. in 4. de ſponſal. 2. p. c. 1. in prin. Soto in 4. Sententiarum, diſt. 27. q. 1. art. 1.

d Ioannes, de Solorzano, tract. de crimine parricidij, lib 2. c. 3.

e Valer. lib. de prænomin. anti.

Hancq; rerum omnium æqualitatem inter con- 2
iuges

iuges Romani ſignificarunt, vxores dominas matreſque familias appellantes, vt poſt Tiraquellum *f*, docent Fornerius & alij *g*; & adeò eis omnium bonorum dominium communicantes, vt rectè dicere Columella *h*, potuerit, *nihil in domo coniugali apud priſcos diuiduum conſpici, nihil quod aut maritus aut fœmina proprium ſui iuris eſſe diceret, ſed in commune conſpiciebatur ab vtroque.*

3 Vnde Plutarchus *i*, donationes inter coniuges prohiberi, inquit, eò quòd abſurdum legiſlatores exiſtimauerint, aliquid inter eos reperiri, quod commune non eſſet, quod ſentiunt Alciatus, & Corraſius *l*.

4 Igitur, cùm naturale hoc fœdus, & mutuam corporum & animorum coniunctionem matrimonium contineat, ad hoc vt animi indiſſolubili vinculo coniungantur, coeuntiū voluntas, & conſenſus liberrimus adeſſe debet; nihil enim violentum, vt ait Philoſophus *m*, perpetuum eſſe poteſt. Et maximè ſi cæteri contractus mutuo conſenſu celebrari conſtat *n*, & non aliter, quantò magis is neceſſarius erit in contractu connubiali, quem non concubitus, ſed conſenſus facit *o*? Triſtes enim atque infœlices conſequerentur exitus ex matrimoniis quibus ille abfuiſſet *p*. Vnde iuſtiſſimè tot iura non ſolùm Pontificia, ſed Cæſarea & Regia, liberum contrahentium conſenſum in nuptiis expoſtulant *q*,

f Tiraq. in l. 10. connubiali, n. 6.
g Fornerius lib. 1. Select. c. 11. Cuiac. Nouell. 22.
h Columella in præfat. lib. vlt. de re ruſtica.
i Plutarchus in præcep. connub. c. 36. & in probl.
l Alcia. lib. 3. diſput. c. 14. Corraſ. lib 5. Miſcellan. c. 14. & lib. 2. c. fin. in fine.
m Ariſtoteles.
n l. conſenſu, l. obligationum ſubſtātia, l. in quibuſcunque, de oblig. & actio. l. 1. in fine, de contrahen. empt. l. 1. ff. locati. l. 1. mandati. l. 1. §. conuĕtionis, verſ. adeò, de pactis, & conducit l. contrahit, 4. verſ. ſicut, de pignoribus.
o l. nuptias, ff. de reg. iuris.
p c. præterea, c. cùm locū, c. requiſiuit, de ſponſal. l. fin. C. eod. ti. gloſſa verbo, coactus, ad medium, in c. 2. de iis quæ vi metúſve cauſa fiunt, & docet D. Ambroſ. ſuper epiſt. 1. ad Corinth.
q c. ſi quis liber, 29. q. 2. c. cùm locum, c. cùm apud, c. veniens, el. 1. c. tua nos, in fine, de deſponſa. duor. c. 1. de coniugio ſeruorū c. cum cauſa, de raptoribus & in Conc. Trident. ſeſſio. 24. de reformat. matr. c. 1. & in Conc. Florent. tract. de Sacram. matrimonij, l. ſponſalia

adeò vt à Bulgaris interrogatus Nicolaus III. quorúmnam conſenſus interuenire deberet in contractione nuptiarum, vt ipſę non fruſtrentur, ſic ad eorum conſulta reſpondit *r*: *Sufficiat ſecundùm leges ſolus eorum conſenſus, de quorum coniunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi in nuptijs ſolus fortè defuerit, cætera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata, fruſtrantur.*

r Nicolaus III. ad conſulta Bulgarorum, c.3. refertur in c. ſufficiat, 27. q.2.

Et quamuis iure ciuili Romanorum non ſolùm 5 coëuntium, ſed & parentum conſenſus, in quorum ipſi poteſtate erant, in nuptiis requireretur, adeò vt Paulus I. C. dicat *ſ*, *Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coeunt, quorúmque in poteſtate ſunt.* Quinimò parentum conſenſum & naturali & ciuili ratione præcedere debere doceat Iuſtinianus *t*, & ex bonis Auctoribus Franciſcus Balduinus, & alij *v*; is tamen non tam neceſſarius erat ad validitatem nuptiarum, quàm ad ſolemnitatem & iuſtificationem earum: nam etſi iis, qui paternæ poteſtatis vinculis alligati erant, iniuſſu parentum cõtrahentibus quoad ius familiæ, patriæ poteſtatis, & ſucceſſionis, matrimonia eſſent, iniuſta vxor, liberíque iniuſti dicerentur, cùm ſecundùm præcepta legum contracta non eſſent *x*, quoad ius tamen naturæ, gentium, & peregrinorum, rata & valida erãt, & liberi inde nati pro veris ac naturalibus filiis habebantur, vt ex bonis Auctoribus docet VVezembecius *y*. Et ſic vbi agitur de reuerentia, aut aliquo affectu naturali, nulla eſt differentia inter filios legitimos (hoc eſt, natos ex iuſto matrimonio, interueniente iuris ſolemnitate) & inter hos naturales *z*;

ſ Paul. I.C. in l.2. ff. de ritu nuptiarum.

t Iuſtiniani in prin. Inſtit. de nuptiis.

v Balduinus in cl. prima. de nuptiis, ex nu.21. Conanus lib.8.c.4. ex n.4. Cuiac. lib.3. obſeruat. c.5. & ad Iulium Paulum lib.2. tit. 20. in prin. Petrus Gregorius 2.p. Syntagmat. lib.9.c.3.

x Prin Inſt. de nuptiis.

y VVezembecius in Paratitlis ad tit. ff. de ritu nupt. per textum. in l. ſunt quidã, de pœnis.

z l parentes, ff. de in ius vocando.

híque,

híque, deficientibus iuſtis ſeu legitimis filiis, in ſextante hæreditatis paternæ, vt notat Balduinus *a*, cùm matre ſuccedunt, ipſique matri, niſi ea illuſtris ſit, pro legitimis habentur, & cum illis ſuccedunt *b*, inofficioſúmque matris teſtamentum, ſicut legitimi, dicere poſſunt *c*: poſt contracta enim huiuſmodi matrimonia non diſſoluebantur *d*, idque ob publicum fauorem, qui in nuptiis paſſim conſideratur *e*. Vnde intelligitur Vlpiani *f* locus, quem nunquam interpretes percepêre, dum inquit, *Planè ſiue iuſta vxor fuit, ſiue iniuſta, accuſationem inſtituere vir poteſt*; cùm certum ſit, concubinam, aut eam, quæ vxor nõ eſt, per virum accuſari non poſſe *g*.

6 Emancipati autem liberi etiam Iure ciuili iniuſſu parentum matrimonia rectè contrahebant abſque vllo iniuſtarum nuptiarum timore *h*, ex diſparitate rationis inter filios in poteſtate, & emancipatos, quoniam filij eius, qui eſt in poteſtate, ſimiliter in aui paterni poteſtate habentur *i* filióq; de medio ſublato, ſtatim ſui & neceſſarij hæredes eidem auo efficiuntur *l*; Vnde inuito auo fierent hęredes quos ipſe odit, quia contra eius voluntatem & concepti & nati ſunt. Quod non procedit in filiis emancipatis, cùm eorum liberi in patris tantummodo non etiam in aui poteſtatem incidant.

7 Sed ſi emancipati eſſent minores 25. annorum, neceſſarius erat, propter ætatis infirmitatem, patris

a Balduinus in §. ſi aduerſus, n. 5. Inſt. de nuptiis. *b* §. nouiſſimè, Inſtit. de S.C. Orficiano, l. ſi qua illuſtris, C. eod. tit. *c* l. ſi ſuſpecta §. de inofficioſo, ff. de inofficioſo teſtaméto. *d* arg. l. patre, 8. verſ. nam furioſus, ff. de iis qui ſunt ſui. *e* l. 1. ff. ſolut. matr. l. hoc modo, 64. in fine, de cond. & demonſtr. l. 1. verſ. & generaliter, & l. 2. de ventr. in poſſeſſ. mitten. l. cũ ratio, 7. §. ſi plures, de bonis dãnat. l. in bello, 12. §. medio tẽpore, in fine, de captiuis, l. 2. de iure dotium, l. 2. C. de indicta viduit. tollẽ. Iulius Paul. lib. 2. ſententiarũ, tit. 20. in prin. & ad eum Cuiac. lib. 3. obſeruat. c. 5. Conan. libr. 8 c. 4 n. 4 *f* Vlp. in l. ſi vxor, 13. verſ. planè, ff. de adulter. *g* idem in d. l. ſi vxor, in prin. & in §. ſed etſi ea. *h* l. filius emancipatus, de ritu nupt. l. 3. §. ſi emancipatus, de bonorum poſſ. contra tab. quem textum latè explicant. omninò videndi Alcia. libr. 4. Parergon, cap. 22. Matienſ. in l. 1. gloſſa 14. n. 71. cum ſequentibus, tit. 4 lib. 5. Recopil. Cuiac. lib. 3. Obſeruat. c. 5. *i* l. 4. cum ſequentibus, ff. de iis qui ſunt ſui, § penult. Inſtit. de patria poteſtate. *l* §. ſui, Inſt. de hæredum qualit. & different.

aſſenſus, nec nuptiæ iniuſtæ eſſent *n*; idémque obſeruabatur in filiabus, etiam viduis *o*; quinimò & filiabus maioribus 25. annorum inhoneſtum erat, abſq; patris aſſenſu, nuptias contrahere, quia indignum eſt pudori virginali, maritum ſibi eligere *p*; & impudica reputaretur, quæ parentum voluntati refragaretur, docente Couarruuia *q*, hácque ratione motum Stephanum Bertrandum, legatum virgini relictum ſub conditione, ſi Titio nupſerit, non eſſe caducum, nec amitti, ſi ipſa virgo ex parentis voluntate alteri nubat, reſpondiſſe, referente.

glоſſa.1. in l. filius, de ritu nupt.
o l. viduæ, 18. l. in coniunctione, 10. C. de nuptiis.
p c. honorantur, 32. q. 2. Authent. vt cùm de appellat. cognoſcitur §. aliud quoq; capitulum, verſ. ſi alicui.
q Couarr. de ſponſal. 2. p. c 3. § 8. n. 2.

Ex quo fiebat, vt pater vxorem ducturo ſtipu- 8
lanti filiam ſponderet, vt ex Seruio Sulpicio, & Neracio Priſco tradit Agellius *r*: extâtque huiuſce moris aliqua ex Plauto veſtigia in Aulularia *ſ*, vbi Megadorus ab Euclione filiam ſic ſtipulatur:

r Agellius. li. 4. c. 4 & probatur in l. 4. C. de ſponſalibus.
ſ Plaut. in Aulularia, act. 1. ſce. 4.

Me. Quid nunc etiam mihi deſpondes filiam? EV. Illis legibus; cum illa dote quam tibi dixi. Me. Sponden' ergò? EV. Spondeo.

In Trinumo *t* quoque Lyſiteles à Charmide:

Ly. Sponden' ergo tuam gnatam vxorem mihi? CH. Spondeo, & mille auri Philippûm dotis.

t idem in Trinumo. actu 5. ſce. 11.

Et paulò inferiùs:

Ly. Iſthac lege filiam tuam ſponden' mihi vxorem dari? CH. Spondeo. Ly. Et ego ſpondeo idem hoc. Et in Sticho *v*, Panegyris de ſuis nuptiis ſic loquitur, *In patris poteſtate eſt ſitum, faciendum id nobis quod parentes imperant.* Reſpexitque ad hunc morem Arnobius *x* fabuloſa deorum Gentilium coniugia ridens. Cuius etiam meminit Seruius *y*. Vnde Cato non aliter

v idem in Stichi prologo.
x Arnobius lib 4. aduerſùs gentes.
y Seruius in 10. lib. Æneidos.

Mar

Martiam vxorem ſuam petenti Hortenſio concedere voluit, teſte Plutarcho *z*, quàm ſi Philippus eius pater probaſſet. Et conſtat apud Euripidem *a*, cùm Oreſtes connubium Hermionis peteret, eam prudenter reſpondiſſe id pertinere ad arbitrium, & curam ſui parentis: *Connubiorum meorum* (inquit illa) *pater meus curam habebit, neque meum eſt decernere hæc.* Et apud Muſæum antiquiſſimum Poëtam Seſta illa puella Ero ita reſpondit Leandro proco ſuo, *Palàm non poſſumus nuptias ſanctas inire; non enim meis parentibus placitæ ſunt.* Apud ipſum quoque Apuleium *b*, Venus iudicat non eſſe legitimas nuptias inter Cupidinem & Pſychen, eò quòd res acta ſit furtim, ſine teſtibus, patre non conſentiente. Et Tertullianus *c*, *Nec in terris* (inquit) *filij ſine conſenſu parentum ritè & iure nubent.*

z Plutarchus in Catone.

a Euripides in Andromachum.

b Apuleius lib. 6. Aſini aurei.

c Tertull. lib. 2. ad vxoré.

9 Hacque ratione nititur elegans Vlpiani reſponſum, quo filius in patria poteſtate conſtitutus, qui aliàs abſque infamiæ nota nuptias contrahere non poterat, ab illa excuſatur, ſi iuſſu parentis ducat vxorẽ, infamia patri inflicta, *Excuſatur* (inquit ille *d*) *qui iuſſu eius, in cuius poteſtate erat, duxerit: & ipſe qui paſſus eſt ducere notatur. Vtrumque rectè: nam & qui obtemperauit venia dignus eſt: & qui paſſus eſt ducere, notari ignominia*, & Paulus *e*: *Qui iuſſu patris duxit, quamuis liberatus poteſtate patria eam retinuit, non notatur.*

d Vlp. in l. liberorũ, 11. §. fin. ff. de his qui not. in fam.

e Paulus in l. qui iuſſu, eodem tit.

10 Parentibus autem deficientibus, tutores mulieribus dari à Prætore, ex lege Iulia de maritandis ordinibus, qui eas in nuptum deſponderent, dotarentque teſtatur Vlpianus *f*.

f Vlp. in fragmentis, tit. 11. §. ex lege Iulia.

CAPVT QVARTVM.

De matrimonio vſu, farre, & coëmptione contracto.

SVMMARIVM.

1. Matrimonium vſu contrahi ſolere, & quomodo id fiebat.

2. Vxor ſicut alia res vſucapiebatur, & quomodo vſurpabatur.

3. Matrimonium quomodo contraheretur farre, & ſolis Pontificibus licitum.

4. Matrimonium per coëmptionem contrahi, & quibus modis coëmptio celebraretur.

5. Vxorem in viri poteſtate eſſe, & ei ſeruire, & obſequia præſtare debere.

6. Vxorem iure ciuili marito operas præſtare teneri, eique ſuam hæredem fieri.

IGITVR tutoribus auctoribus mulier in 1
matrimonium conuenire ſolebat, & cum viro ita conſueſcere, vt cum iuſto marito, & ſic iuſta efficiebatur vxor ex huiuſmodi matrimonio, quod vſu contrahi dicebatur, vt ex Macrobio & aliis referunt Carolus Sigonius, & Petrus Vellez. de Gueuara *e*, adeò vt ſi vſus ille intra annum non interrumperetur, pro vſucapta haberetur. Cuius moris meminiſſe legem XII. Tabularum ſatis Agellij locus *f* his verbis indicat: *Quintum Mutium Iuriſconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe vſurpatam mulierem, quæ cùm Calendis Ianuarijs apud virum cauſa*

e Carolus Sigonius lib. 1. de antiquo iure ciu. Roman. c. 9. Petrus Vellez de Gueuara ad Topica Ciceronis, §. 8. n. 1.

f Agellius li. 3. c. 2.

ſa matrimonij eſſe cœpiſſet ante diem quartum Calendas Ianuarias ſequentes vſurpatum iſſet. Non poſſe impleri trinoctium quod abeſſe à viro vſurpandi cauſa ex duodecim Tabulis deberet, quoniam tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperent ex Calendis.

2 Ex quibus verbis apparet, vt aliarum rerum, ſic etiam, vxorum vſucapionem fuiſſe, vxoremque, ſi per annum integrum nullo interrupto vſu apud virum fuiſſet, in mariti manum veniſſe, & ex tutorum ſeu curatorum poteſtate exiſſe. Vſum verò, ſi per tres noctes ab eo abfuiſſet, interruptum fuiſſe, quod veteres vſurpari dixêre *g*, huncq; contrahendi modum reſpexit Horatius *h*: *Si proprium eſt quod quis libra mercatur & ære, quædam, ſi credis conſultis, mancipat vſus.* Vnde Modeſtinus I.C. *i In liberæ* (inquit) *mulieris conſuetudine non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt.*

g l.2, ff. de vſucapio.
h Horatius lib.2.epiſt.2.
i Modeſtinus I. C. in l. libere, de ritu nuptiarũ.

3 Farre etiam matrimonium contrahi, dicebatur, cùm à ſolis Pontificibus in manum conueniebatur certis verbis, & decem teſtibus præſentibus, ſolemníque ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibebatur, vt teſtantur Vlpianus & Tacitus *l*. Vnde Plinius *m*, *In ſacris,* (inquit) *nihil religioſius confarreationis vinculo erat, nouæque nuptæ farreum præferebant*; eoque farracia matrimonia dicebantur (vt ſcribit Dionyſius *n*) quòd eodem farre coniuges veſcerentur quo etiam victimas reſpergerent. Hinc diffarreatio apud Feſtum Pompeium, diſſolutio matrimonij confarreatione contracti dicitur.

l Vlpian. in fragm. tit. 9. Tacitus lib. 3. Annalium.
m Plin. lib. 18. c. 3.
n Dionyſius in Romulo.

4 Erat denique, præter vſum & confarreationem,

alius

alius contrahendi modus per coëmptionem, qua vxor quoque iuſta efficiebatur, eaque certis ſolemnitatibus fiebat, & contrahentes ſeſe in coëmendo inuicem interrogabant; vir, an ſibi mulier materfamilias eſſe vellet, illa autem velle reſpondens; item mulier, an ſibi vir eſſe paterfamilias, & eodem modo reſpondens velle, tunc ipſa in viri conueniebat manum, matérquefamilias (Boëtio & Seruio *o* teſtantibus) efficiebatur, quæ coëmptio imaginariis venditionibus celebrabatur, ſicut adoptio, nummique aliquot dicis cauſa interueniebát. Ad quam contrahendi normam reſpexiſſe videtur quod ex Marco Varrone Nonius Marcellus *p*, ſic refert: *Veteri Romanorum lege nubentes mulieres aſſes tres ad virum venientes ferre ſolebant, atque vnum quidem, quem in manu tenebant, tanquam emendi cauſa marito dare, alium, quem in pede habebant, in foco larium familiarium ponere, tertium in ſacci perione cùm cõdidiſſent, compito vicinali donare*; Quemadmodum Lypſius *q* emẽdauit; aut, quod Palmerio *r* placet, rezonare, id eſt, ſoluta zona promere, ex quo Virgilius *ſ*:

Téque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Et Cicero *t*: *Putarunt* (inquit) *Iuriſconſulti omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, caias vocari.* Et alibi *v*: *Mirãdum non eſt, qui quibus verbis coemptio fiat neſciat, eundem eius mulieris, quæ coëmptionem fecerit, cauſam poſſe defendere.*

o Boëti. in Topicis. Serui. in 4. Æn. & in 1. Georgicorum.

p Nonius Marcellus ſub tit. de doctorum indagine.

q Lypſius lib. 3. antiquarũ lection. c. 22.

r Palmeri. in Specilegiis.

ſ Virg. lib. 1. Georgicorũ.

t Cicero in orat. pro Murena.

v Idem lib. 1. de Oratore.

Ex quo fiebat vt mulier in manu, hoc eſt, pote- 11
ſtate, mancipióque mariti eſſet, docente Tiraquello *x*, ex illa lege connubiali, *Viri vxoribus imperãto, vxo*

x Tiraq. in l. 1 connubiali, n. 4 & ſin.

vxores viris obediũto, cui conueniunt illa verba Auguſtini *y*, *Quemadmodum ſubditas fœminas viris, & penè famulas lex eſſe voluerit vxores*, quod etiam de iure diuino receptum eſt, iuxta illud Geneſis *z*, *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Et D. Paulus *a*, *Mulieres* (inquit) *viris ſuis ſubditæ ſint.* Vnde etiam naturæ præceptis congruum eſt, vt ſicut parentibus filiis, ita viris vxores ſeruiant *b*, & omnia obſequia maritis pręſtent, vt ex Ioanne Andrea refert Panormitanus *c*.

6 Sicq; iure ciuili mulieres maritis operas præſtare teneri, ex I. C. Hermogeniano ſic ſcribente: *Nam hæc cuius matrimonio conſentit in officio mariti eſſe debet*; & ex Alexandro Imperatore Accurſius *d* notat, ſuámque hæredem vxorem marito fieri teſtantur Vlpianus, & alij *e*; & conſtat ex illa lege Romuli, *vt filia patri, ita defuncto viro hæres eſto*, latè à Briſſonio & Balduino *f* explicata; quibus de cauſis hodie nubentes fœminæ velantur, vt ſe ſubditas eſſe ſuis maritis nouerint *g*.

C

y Auguſt. lib. 5 quæſtionũ ſuper Deuteronomium, q. 33. relatus in c. ſatis, 33. q. 5.
z Geneſ. c. 3.
a D. Paulus ad Epheſ. 5.
b c. hæc imago, c. eſt ordo, 33. q. 5.
c Panorm. in c. literas, nu. 27. de reſtit. ſpoliat.
d Accur. in l. ſicut, 48. gloſſa fin. ff. de oper. libertorum, & in l. libertæ, gloſſa item fin C. eodem tit.
e Vlp. in fragm. ti. 29. Boëtius in Topicis, Agellius lib. 3. c. 2. & lib. 18. c. 6.
f Briſſon. li. ſingul. de ritu nupt. Baldui. in §. ſunt autem, n. 22. Inſt. de bonorum poſſeſſionibus.
g c. fœminæ, 30. q. 5.

CAPVT QVINTVM.

Qui iuſtas nuptias contrahere poterant, & qui non.

SVMMARIVM.

1. *Ciues Romanos tantùm iuſtas nuptias contrahere.*
Aliquando inter ciues Romanos nuptias prohiberi.
2. *Poſteà inter omnes ciues Romanos nuptias permitti.*
3. *Seruos iure ciuili nuptias non contrahere, ſed eorum coniugia contubernia appellari.*
4. *Iure canonico omnes iuſtas nuptias contrahunt.*

SED non omnes iuſtas nuptias contrahe- 1
re poterant: ad eas nánque ciues Roma-
nos contrahentes eſſe oportere poſt Caiũ
& Vlpianum *h*, Iuſtinianus *i* ſcripſit. Aliàs enim
nec vxor, nec nuptiæ intelligebantur, docente eo-
dem Iuſtiniano *l*. Nec etiam inter omnes ciues Ro-
manos cõmunia erant matrimonia, prohibebantur
enim inter patricios & plebeios, vt eſt apud Hoto-
manum *m*, & conſtat ex lege XII. tabularũ à Dio-
nyſio *n* recitata, & ex oratione Caij Canulei Tribu-
ni plebis, quæ apud Liuium *o* ita concionatur: *Hoc
ipſum ne connubium patribus cum plebe eſſet, non decem vi-
ri tulerunt paucis his annis peſſimo exemplo publico, cũ ſum-
ma iniuria plebis, an eſſe vlla maior, aut inſignior contume-
lia poteſt, quàm partem ciuitatis velut contaminatam indi-
gnam cònnubio haberi? Quid eſt alıud quàm exilium intra
eadem mœnia? quàm relegationem pati? ne affinitatibus, ne
propinquitatibus immiſceamur cauent, ne ſocietur ſanguis*

h Caius li. 1. tit. 4. Vlp. in fragm. tit. 5.
i Iuſtinianus in prin. Inſt. de nuptiis, & latè explicãt Briſſonius, de iure connubiali, Carolus Sigonius lib. 1. de antiquo iure ciui. Rom. c. 9. Ant. Guibert. libr. 1. quæſt. iuris, c. 12. Ant. Contius li. 1. lectionum, c. 4. Conanus lib. 8. c. 1. & ſeqq. Petrus Vellez de Gueuara ad Topica Cic. §. 13. n. 5.
l Iuſtinia. in §. ſi aduerſùs, de nuptiis.
m Hotomanus ad leges XII. tab. c. 6.
n Dionyſius lib. 11.
o Liuius lib. 4 in prin.

cauent,

cauent,&c. Igitur prohibebãtur nuptię inter ſenatoris filiã & libertinum *p* (quamuis ſuperueniens dignitas iure nouo *q* eas non diſſolueretur) item inter pupillam & tutorem, vel eius filium *r*, inter prouincialem & rectorem prouinciæ *ſ*, inter ſexagenarium & quinquagenariam *t*, inter ampliſſimos & humiles ob inæqualitatem *v*, inter patronam, vel eius filiam cum liberto *x*, hácque de re latè agit VVezembecius *y*.

2 Poſteà tamen peruicère Tribuni plebis, licèt magnis contentionibus, vt connubia inter patricios & plebeios cõmunia eſſent, Marco Genucio & Publio Curiacio Cõſulibus, vt ex Liuio refert Balduinus *z*, & conſtat ex lege Papia Poppæa, quæ libertino ingenuam ducere vxorem cõceſſit, per Briſſonium *a*, diligentiſſimè explicata.

3 Ex ſuperioribus infertur, iure ciuili ſeruos nuptias non contrahere, ſed eorum coniugia cõtubernia appellari *b*, coniuges non vxores, ſed cõtubernales dici *c*, filióſque naturales tantùm, non legitimos & iuſtos haberi *d*.

4 Quæ cùm à iure canonico (cui hac in re ſtãdum eſt *e*) in melius æquiúſque immutata ſint *f*, omnes

p l. oratio, 16. de ſponſal. l. lege, 23. l. ſciẽdũ. 32. l. ſemper, 42. l. lege, 44. in pr. cum aliis, de ritu nuptia.
q l. ſi libertã, 28. C. de nuptiis.
r l. libertum, 37. l Senatus conſulto, 59. l. non eſt matrimoniũ, 66. de ritu nupt. l. qui pupillam, de adulteriis. l. vlt. de leg. 1. l. 1. & per totum C. de interdicto matrim. l. 6. tit. 17. p. 7.
ſ l. ſi quis officium, l. qui in prouinciã, de ritu nupt. l. vnica, C. ſi rector prouinciæ, vel ad eum pertinẽtes ſponſalia dederint, toto tit. C. ſi quacunque præditus poteſtat. l. 2. tit. 14. p. 4.

C 2

t Vlp. in frag tit. 16. Ant. Auguſt. de legib. c. de lege Iulia de maritandis ordinibus, Conanus, & alij ſuprà citati. *v* l. humilem, 7. C. de inceſt. nupt. *x* l. 3. C. de nuptiis. *y* VVezẽbecius in Paratitlis, ff. de ritu nupt. n. 4. *z* Balduinus in prin. n. 2. Inſt. de nuptiis. *a* Briſſonius lib. ſingul. de iure connubiali. *b* l. plerumque, de Ædilitio edicto, l adoptiuus, § idem tamẽ, de ritu nupt. l. cùm propones, C. de dol. l. cùm ancillis, C. de inceſtis nup. l. ſi liber homo, l. de ancilla, C. de liberali cauſa. *c* l. vxorẽ, §: codicillis, & §. cõcubinæ, de leg. 3. l. quæſitũ, §. contubernales, de fundo inſtr. l. Stichus, in prin. de aliment. & cibariis leg l. Iulia Paulus, de condi. & demonſt. l. Thais, 41. § hęrede, de fideicomm. libertat. *d* l. denique, 8. de pigno. l. Lucius Titius, 78. §. tres hæredes, ff. ad S.C. Trebell. l. ex libera, 6. C. de ſuis & legitim. hæred. & notat Baldui. d. prin. de nuptiis, n. 10. cum ſeq. *e* c. 1. c 2. & ibi Doct de operis noui nuntiat. Caſtrenſis in Auth. atqui ſemel, C. de probat. *f* c. pen. de rapto. c penult. vbi Hoſtienſis de ſecundis nuptiis, & per totam 36. q. 1. Panormit. & cæteri in Rubrica de cognat. legali.

iuſtas nuptias & matrimonia contrahere non prohibentur, exceptis aliquibus perſonis à Panormitano g enumeratis.

g Panorm. & cæteri Doctores in c. fin. de ſecundis nuptiis, & proſequitur VVezēbecius vbi ſup. Gregorius in l. 6. gloſſa 1. tit. 17. p. 7.

CAPVT SEXTVM.

An furioſus, mente captus, ebrius, mutus & ſurdus à natiuitate conſenſum habeant ad nuptias contrahendas?

SVMMARIVM.

1. *Furioſus nullum negotium gerere poteſt.*
Furioſus perpetuò furoris morbo laborãs non poteſt matrimoniũ cõtrahere, ſecus ſi habeat dilucida interualla.
Furioſus, cùm furor intermittitur, & teſtari, & alia gerere poteſt.
Furioſum etiam dilucidis interuallis gaudentem contrahendo nuptias mortaliter peccare, remiſſiuè.
2. *Traditur interpretatio ad Fabianum in c. neque furioſus, 32. q. 7.*
3. *Bernardum gloſſa verbo, furore, in c. dilectus, de ſponſalibus, meritò reprobari à Præpoſito, & Couarruuia.*
4. *Traditur ratio dubitandi de qua Iuſtinianus in §. vnde quæſitum, Inſt. de nuptijs.*
5. *Omne de furioſo dictum in mente capto obſeruari ex iuris æquiparatione.*
6. *Mente capto, qui perpetuo mentis morbo laborat, poſſe pupillariter ſubſtitui.*
7. *Ebrius non poteſt matrimonium contrahere, vbi ebrietas*

illum

illum impedit.

8. *Mutus & ſurdus ſimul à natiuitate nec ſtipulari, nec promittere, nec etiam teſtari poteſt.*

Mutum & ſurdum ex accidenti poſſe teſtari, ſi literas ſciat, & teſtamentum ſua manu ſcribat.

9. *Mutus & ſurdus ſimul à natiuitate perſpicacem intellectum habens matrimonium contrahere poteſt.*

Mutus & ſurdus & cæcus ſimul an poſſit matrimonium contrahere.

10. *Reprobatur Bernardi gloſſa, verbo, ſurdus, in c. cùm apud, de ſponſalibus, & eius ſequaces.*

Traditur intellectus ad Innocētium III. in d.c. cùm apud.

1 ET cùm omnis conſenſus, omnéque iudicium à furioſo abſit *h*, ac ex hoc nullum negotium gerere poſſit *i*, nec poterit etiam matrimonium contrahere, vt notant Magiſter Sententiarum, & D. Thomas *l*, quod expreſſis verbis docuit Fabianus Pontifex *m*. Hocq; procedit in eo qui perpetuo furoris morbo laborat: nam ſi dilucidis gaudeat interuallis, non prohibetur eo tempore nuptias contrahere, quia cùm furor intermittitur, compos mentis eſſe dicitur, vt conſtat ex D. Gregorio, & I.C. Macro *n*, docéntque D. Thomas, & alij *o*; vnde & teſtari, & alia negotia gerere poſſe ſatis Iuſtinianus *p* oſtendit, quamuis mortaliter peccare huiuſmodi furioſum contrahendo, ex eo quòd idoneus non ſit ad prolem educandam, ſentiat idem Thomas *q*.

h l. cùm Prætor, 12. verſ. natura, ff. de iudiciis.

i l. in negotiis, 5. l. furioſi, 40. l. vbi nō voce, 164. §. furioſus, de reg. iuris, §. præterea, Inſt. quibus non eſt permiſ. face. teſt. §. furioſus, de inutil. ſtipul. l. 2. §. furioſus, de iur. codicill. l. 1. §. adipiſcimur, de acquirend. poſſ. l. 2. § furioſus, de procurator. l. 4. tit. 4 p. 3. l. 13. tit. 1. p. 6.

l Magiſter in 4. diſt. 34. & ibi Thom. art. 4. & probat. l. 6. tit. 2. p. 4.

m Fabianus in c. neque furioſus, 32. q. 7.

n D. Gregor. lib. 11. epiſt. 7. relatus in c. quamuis, 7. q. 1. I.C. Macer, in l. diuus, de off. Præſidis.

o D. Thom. in 4. diſt. 34. q. vnic. art 4. vbi Richardus eodē art. q. 1. Soto, q. vnica art. 4. concluſ. 1. Couar. de ſponſal 2. p. c 2 n. 2. & eſt gloſſ. in c. neque furioſas, 32. q. 7. in prin. & in c. dilectus, verb. furore, de ſponſal vbi Ioan. Andreas & Præpoſitus.

p Iuſt. in l. furioſum, 9. C. qui teſtam. face poſſ. vel non. & in §. furioſi, Inſt. eodem tit.

q D. Thom. vbi ſupr.

Ex quo Fabiani *r* verba illa, *neque furioſus, neque furioſa matrimonium contrahere poſſunt, ſed ſi contractum fuerit, non ſeparentur,* intelligi debent de matrimonio ante furorem contracto. Vt ſit ſenſus, furioſos minimè poſſe matrimonium contrahere furoris tempore, ſed ſi antè contraxerint, ſeparandos non eſſe propter furorem ſuperuenientem, quo caſu & dignitatem *ſ*, & filios in poteſtate retinent *t*. 2

Vnde Bernardus *v*, dum matrimonium cum furioſo contractum validum eſſe ſenſit, ſi cum eo contrahens furoris conſcius eſſet, meritò à Præpoſito & Couarruuias *x* reprobatur, quia prohibitio ne poſſit furioſus contrahere, non oritur ex iniuria quæ infertur contrahenti ignoranter cum furioſo, ita vt conſcius furoris videatur illam remittere, ac proinde validum ſit matrimonium, ſed ex deliberationis liberique conſenſus defectu procedit. 3

Quo fit vt cùm conſenſus parentum in nuptiis filiorumfamilias iuſtis & ſolemnibus contrahendis antiquitùs requireretur, vt refert Iuſtinianus *y*, meritò dubitari potuerit an furioſi filius eas contrahere poſſet *z*, cùm & ipſe pater furioſus ex defectu conſenſus nequiuerit. 4

Sed idem de furioſo dictum debet in mente capto obſeruari: nam cùm vterque æquiparetur in iure *a*, adeò vt Plato *b* furorem eſſe mentis alienationem dicat, iura, quæ de furioſo loquuntur, in mente capto etiam ſunt intelligenda, in iis maximè, quibus conſenſus & voluntas adeſſe debet. 5

r Fabianus in d.c. neque furioſus, 32. q.7.

ſ l. qui furore, ff. de ſtatu homin. l. furor, de ſponſal.

t l. patre furioſo, ff. de iis qui ſunt ſui, vel ali. iur.

v Bernardus gloſſa verbo furore, in c. dilectus, de ſponſal.

x Præpoſitus in d.c. dilectus, num. 2. Couar. d. c.2. n.7. in fine.

y Iuſtin. in prin. Inſt. de nuptiis.

z refert idē Iuſt. in verſ. vnde quæſitum.

a l.2. & ibi Baldus, C. de curator. furioſ. l. furioſi, C. de nuptiis, Authen. vt hi qui obligatas ſe perhibent habere res minorum, §. & hęc decimas, c. ſicut, iuncta gloſſa, verbo extra mentem, de regulis iuris.

b Plato in Phædro, & pulchrè docent cū multis Nauarrus in c. ſi quando, except. 10. num. 5. de reſcriptis. Couar. in d.c.2. n.8. Gregor. in l.6. tit.2. p.4.

Vnde

6 Vnde ei, qui perpetuo mentis morbo laborat, ac per hoc ex defectu conſenſus teſtari non poteſt, permiſſum eſt parenti ad exemplum pupillaris (quæ teſtamentum filij impuberis dicitur *c*) ſubſtituere *d*.

7 Nec diuerſum ab iis, quæ circa furioſum & mente captum diſpoſita ſunt, in ebrio debet obſeruari: ſiquidem in eo conſenſus deficit, quando ebrietas illum impedit: tunc enim nullo modo matrimonium contrahere poterit, cùm ad hoc plena libertas & conſenſus deſideretur *e*.

8 Sed an in muto & ſurdo ſimul à natiuitate ſuprà dicta procedant, dubitari ſolet, qui cùm nec ſtipulari, nec promittere poſſit *f*, quia conſenſum ad hoc requiſitũ exprimere nequit; item nec teſtari *g*, quia mentis ſuæ iudicium & voluntatem declarare non valet *h*, niſi mutus & ſurdus ex accidenti literas ſciat: tunc enim teſtari poterit dum tamen ſua manu teſtamentum ſcribat *i*. Nec etiam poſſe nuptias contrahere videbatur, quia difficillimum eſt, huiuſmodi perſonam legitimum conſenſum habere, vt docent Hoſtienſis, & alij *l*, qui in dubio conſulendum Principem aſſerunt.

9 Et tamen nuptias contrahere poſſe *m*, mutum & ſurdum ſimul à natiuitate, qui ita perſpicacem habet intellectum, vt ſignis edoceri poſſit, quid ſit matrimonium, & indicare conſenſum, magis placet.

c l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, de inofficioſo teſtamento.

d l. humanitatis, 9. C. de impub. & aliis ſubſti.

e ita docent Henricus in d. c. dilectus, de ſponſal. Socinus cõſ. 47. Volum. 3. Decius conſ. 112. Ripa in l fin. C. de reuocand. donat. q. 22.

f l. 1. in prin. de verborum obli. l. 1. in fine, de obli. & actio. §. mutum, Inſt. de inutil. ſtipul. conſonat l. 2. ad finem, l. 4. tit. 11. p. 5. explicãt omnes in d. l. 1. de verborum obli.

g l. qui in poteſtate, 6. §. fin. cum lege ſeq. ff. de teſtam. l. ex facto, 43. de vulgari, l. octaui gradus, 9. §. fratris, ff. vnde cognati, §. itẽ ſurdus, vbi Pichardus, & quos ipſe refert Inſt. quibus nõ eſt permiſ. face. teſtam.

h Vlp. in Inſtitut tit. 20. verſ. mutus, ibi, *quoniam verba nuncupationis loqui non poteſt*.

i l. diſcretis, 10. C. qui teſtam. face. poſſ. vel non, §. item ſurdus, Inſt quibus non eſt permiſ. face. teſtam. l. 13. tit. 1. p. 6.

l Hoſtienſis, in c. cum apud, verſ. ſurdus, & ibi Ioan. Andre. n. 15. Parmit. in fine, Alexand. de Nouo n. 12. Ant. Henricus in c. tuæ, de ſponſali-

cet. Secus autem ſi mutus & ſurdus cœcus ſimul ſit à natiuitate. Quinimò etſi hæc non à natura ſed ex accidenti habeat, minimè poterit, vt docet Ancharanus *n*, matrimonium contrahere, quia nullo modo edoceri valebit quid ſit matrimonium, niſi antè, quàm in hæc incideret, noſcet.

Ex quibus conſtat erraſſe eos qui mutum & ſurdum ſimul non poſſe matrimonialiter copulari affirmant. Cuius ſententiæ fuerunt Ancharanus, Baldus, & alij *o*, & præſertim Bernardus *p*, qui dum intelligit Innocentium III. *q* in illis verbis, *Conſuluiſti nos, an mutus & ſurdus poſſint alicui matrimonialiter copulari*, loquutum fuiſſe de diuerſis, quorum alter mutus, alter verò ſurdus ſit, vt ex pluralis loquutione per verbum, poſſint, colligi videtur, diuerſum inſinuaſſe ſenſit, in eo qui ſimul mutus & ſurdus eſt: ſed cùm ipſe Pontifex *r* in quæſtionis reſponſione his verbis, *ſi talis velit contrahere, non debet ſibi denegari*, loquatur in ſingulari, de vno eodémque vtroque morbo laborante ſenſiſſe conſtat.

n Anchar. in d. c. cũ apud n. 5.

o idem Anchar. vbi proximè Baldus in l. diſcretis, n. 1. Iaſſo. n. 8. ibique Angelus, & Fulgoſ. C. qui teſtam. face. poſſ. Flaminius de reſignatione beneficio. lib. 5. q 3. n. 26.

p Bernardus, gloſſ. verbo, ſurdus, per text. ibi in d. c. cùm apud.

q Innocẽtius III. in d. c. cùm apud.

r idem in d. c. cùm apud.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

De legitima ætate ad iuſtas nuptias contrahendas.

SVMMARIVM.

1. *Pubertatem requiri ad legitimas nuptias, & quomodo eam veteres iudicarent, tam in maſculis, quàm in fœminis.*
Pubertas Iuſtiniani conſtitutione in maſculis ex 14. annorum implemento, & in fœminis ex 12. iudicatur.
2. *Ætas ſeptem annorum tam in maſculis quàm in fœminis ad ſponſalia requiritur, & ea malitia ſuppleri poteſt.*

1 PRÆTEREA pubertatem requiri in legitimis & iuſtis nuptiis, refert Iuſtinianus *ſ*, quam quidem veteres ex inſpectione corporis nudati in maſculis iudicabant, in fœminis autem quia id impudicum atque indecorum videbatur, ex implemento duodecim annorum ipſæ viripotentes exiſtimabantur; quod poſteà ex eiuſdem Iuſtiniani conſtitutione *t*, in viris etiam obſeruari cœpit: nam qui 14. annorum numerum impleſſet, abſque vlla corporis inſpectione pubes reputabatur.

2 Ad ſponſalia verò ſeptem annorum ætas requirebatur *v*. Nec ſacri canones à legibus diſſentiunt: eandem enim deſiderant ætatem, tam ad matrimonium *x*, quàm ad ſponſalia *y* contrahenda. Hæc autem in ſponſalibus malitia ſuppleri poteſt, quæ

ſ Iuſtinianus in prin. Inſt. quibus mod. tutel finit. & in l. vlt. C. quãdo curator. vel tutor. eſſe deſinãt.
t Idem Iuſtinianus vbi ſuprà.
v l. in ſponſalibus, la 1. ff. de ſponſalibus.
x c. puberes, c. continebatur, c. atteſtationes, c. ex literis, & per totum titulũ de deſponſat. impub. & de iure regio eſt lex 6. tit. 1. & l. 6. tit 2. p. 4. explicãt præter nouiores Soto in 4. Sententiarũ, diſt. 35. q. 1. art. 5. Tiraq. in l. 6. cõnubiali, nu. 36. Couar. 2. p. c. 5. in prin. qui elegãter huius rei rationem fuit proſequutus.
y c. literas, c. acceſſit, c. ad diſſoluendũ, de deſpõſat. impub. c. vnico, eod. tit. in 6. & de iure regio conſonat d. l. 6. tit. 1. p. 4. & præter proximè citatos exornant Vera Crux, in ſpeculo coniugiorum, 1. p. art. 16. Cucos in Inſtit. canonico, lib. 5. ti. 10. de ſponſal. n° 10. Ledeſma in Summario, de Sacram. matrim. difficultate 11.

quidem conſiſtit in diſcretione, ad cōſenſum coniugalem intelligendum, & in potentia ad carnalem copulam z: nam cùm huiuſmodi ætas ſit propter diſcretionem & potentiam coëundi deſignata, iis præuenientibus non ſpectatur implementum ætatis a. Hæc autem quomodo probari poſſint, ſatis Couarruuias, & alij b.

z c.puberes, de illis, c. in.de deſpō. ſat. impub.c. vnico, §.1. cod. tit. in 6. .6.tit.1.p.4.

a Panucius de lucro dotis, gloſſ.2.n. 5.Tiraq.in l. 5.connubiali,n.37.& facit d.c.puberes, iūcta ſua gloſſa,de deſponſat.impub.

b Couar. vbi s. Abbas in d.c.de illis, Dominicus conſ.24. n.5. Soto diſt.35. q.vnica,art. 5.Calcaneus conſ.120.nu. 13.Menoch. lib.2.de arbitrariis.c. 38.n.8.

CAPVT OCTAVVM.

Quibus temporibus nuptiæ celebrari prohibebantur.

SVMMARIVM.

1. *Menſis Maius infauſtus nuptijs.*
2. *Menſe Martio, & omnibus Calendis, Nonis, & Idibus, item parentalibus, quæ menſe Februario celebrabantur, nuptiæ non permiſſæ, & qua ratione: referuntur aliqua ex Ouidio veſtigia.*
3. *Saliorum diebus feſtis abſtinendum nuptijs.*
4. *Poſt Idus Iunias propitiùs & fœliciter nuptias contrahi.*
5. *Nuptiæ etiam hodie ex Concilio Tridentino certis temporibus prohibitæ.*

NON etiam omni tempore nuptias celebrare licebat; aliqui enim dies eis ominoſi habebantur, vt notat Alexander ab Alexandro c vel etiam quia triſtibus & luctuoſis Reipublicæ temporibus nuptiarum celebritas interdicebatur: indecorum enim videretur, tantam hilaritatem & alacritatem publico permiſceri mœrori. 1

c Alexand.ab Alex. lib.2, dierum genialium, c.5. in prin. & in fine.

Menſis

Menſis itaque Maius, teſte Plutarcho *d*, infauſtus nuptiis, & inauſpicatus exiſtimabatur. Vnde illud olim vulgare prouerbium:

Menſe Maio nubunt malæ.

Cuius etiam meminit Ouidius *e*:

Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupſit, nec diuturna fuit.
Hac quoque de cauſa ſi te prouerbia tangunt,
Menſe malas Maio nubere vulgus ait.

2 Item menſis Martius, quòd cùm eo menſe Mars ambierit Mineruæ nuptias, repudiatus eſt. Omnibus etiam Calendis, Nonis, & Idibus non fuiſſe permiſſum nubere, ex Marco Varrone tradidit Macrobius *f*; parentalibus quoque, quæ menſe Februario celebrabantur, propter infauſtos & ominoſos eiuſmodi dies, nuptias vetari his carminibus oſtendit Ouidius *g*:

Poſtea præteriti tumulis redduntur honores,
Prodigijsque venit, funeribúſque modus.
Dùm tamen hæc fiunt, viduæ ceſſate puellæ,
Expectet puros pinea tæda dies.
Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri,
Comat virgineas haſta recurua comas.
Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris
Aufer, habent alias mæſta ſepulcra faces.

3 Saliorum quoque diebus feſtis abſtinēdum nuptiis, ſuadet. Sic enim Ouidius *h*:

Nubere ſi qua volet, quamuis properabitis ambo,
Differ, habent paruæ commoda magna moræ.

4 Cætera autem tempora nuptiis aptiſſima erant,

d Plutarch. in quæſtionibus Romanis, q. 86.

e Ouid. lib. 5. Faſtorum.

f Macrobius lib. 1. Saturnalium, c. 15. Alexan. ab Alex. vbi ſup. Conanus lib. 8. c. 3. in prin. Brinonius lib. ſingulari de ritu nupt. pag. 5.

g Ouidius lib. 2. Faſtorum.

h Idem Ouidius lib. 3. Faſtorum.

præſertim poſt Idus Iunias, propitiùs & fœliciter eas celebrari conſtat ex eodem Ouidio *i*, qui filiæ diuturnam ſalutem precatus his carminibus cõcludit:

i Idem. lib. 6. Faſtorum.

Hanc ego cùm vellem genero dare, tempora tædis
Apta requirebam, quæque cauenda forent.
Tunc mihi poſt ſacras monſtratur Iunius Idus,
Vtilis & nuptijs, vtilis eſſe viris.
Primaque pars huius thalamis aliena reperta eſt:
Nam mihi ſic coniux ſancta Dialis ait.

Ad húncque dierum nuptialium delictum referenda ſunt verba Ciceronis *l*, *De noſtra Tullia, tui, me hercule, amantiſſima, ſpero cum Craſſipede nos confeciſſe. Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi, cæterùm confectum eſt.*

l Cicer. lib. 2. epiſtol. ad Quintum Fratrem.

Et cùm hodie ſacroſancta Romana Eccleſia plures antiquitatis ritus (licèt aliis ex cauſis) in nuptiarum ſolemnitatibus obſeruet, horum forſan exemplo in Concilio Tridentino *m* ab Aduentu Domini vſque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiuè nuptiæ prohibentur celebrari. Quò etiam referendæ ſunt prohibitiones Laodicenſis Concilij, & aliorum *n*. Vnde Nicolaus III. *o* *Nec vxorem* (reſpondit ad Bulgaros) *ducere, nec conuiuia facere in Quadrageſimali tempore conuenire poſſe vllatenus arbitramur.* 5

m Trident. Conc. ſeſſ. 24. de reformat. matrimonij, c. 10.
n Refertur in c. nõ oportet, cum ſequentibus, 33. q. 4. & eſt text. in c. Capellanus, de feriis.
o Nicolaus III. ad conſulta Bulgarorum, c. 48. refertur in c. nec vxorem, 33. q. 4.

CAPVT

CAPVT NONVM.

De nuptijs contractis ſine conſenſu parentum.

SVMMARIVM.

1. NVptiæ contractæ ſinè conſenſu parentum, vel alio ex requiſitis à Iuſtiniano relatis in principio de nuptijs, etſi iniuſtæ, validæ tamen erant.

2. Traditur interpretatio ad Paulum I.C. in l. 2. de ritu nuptiarum.

3. Alia interpretatio ad eundem Paulum in l. Paulus, 11. de ſtatu hominum.

Refertur Auguſtini locus de quo in c. fin. ad finem, 28. q. 1.

4. Intelligitur Iuſtinianus in §. ſi aduerſùs, de nuptijs.

5. Reprobatur opinio exiſtimantium nuptias à filijsfamilias contractas ſine conſenſu parentum nullas eſſe.

1 IGITVR etſi nuptiæ, quæ abſque parentum conſenſu vel aliqua ſolemnitate ex ſuprà relatis contrahuntur, iniuſtæ ſint, quod etiam docuit Iuſtinianus *p*, dum ſcripſit, *Iuſtas autem nuptias inter ſe ciues Romani contrahunt, qui ſecundùm præcepta legum coëunt, maſculi quidem puberes, fœminæ autem viripotentes, ſiue patresfamiliarum ſint ſiue filijfamiliarum: dum tamen ſi filijfamiliarum ſint, conſenſum habeant parentum, quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere, & ciuilis & naturalis ratio ſuadet, in tantum, vt iuſſus parentum præcedere debeat*, firmiſſimæ tamen &

p Iuſtinianus in princ. Inſt. de nuptiis.

validæ permanebant, vt ex multis locis docet eruditè Barboſſa *q*.

q Barboſſa 4. p.l.1.n.32.ff. ſolut. matri.

r Paul.I.C.in l.2. de ritu nuptiar.

2 Vnde Paulus I. C. *r* qui nuptias non conſiſtere ait niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coëunt, quorúmque in poteſtate ſunt, ſic explicari debet, non poſſe conſiſtere iuſtas, ſolemnes & legitimas nuptias, quibus abeſt conſenſus parentum, qui contrahentes in ſua poteſtate habent; ſed iniuſtas & non ritè celebratas appellari.

ſ idem Paul. in l.Paulus, 11.de ſtatu hominum.

t Vlp.in l.1. §. fi.ff.de liber.exhibéd.

v Barboſſa vbi ſup.n.32. circa finem.

x D. Auguſt. relatus in c. fin.ad finem, 28.q.1.

3 Ex quo filios inde natos, non iuſtos & legitimos, ſed iniuſtos eſſe alibi *ſ* ſic ipſe ſcripſit, *Eum, qui viuente patre, & ignorante de coniunctione filiæ, conceptus eſt, licèt poſt mortem aui natus ſit, iuſtum filium ei, ex quo conceptus eſt, eſſe non videri.* Et confirmatur hæc interpretatio ex eleganti Vlpiani *t* ratione, *ne bene concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis turbentur.* Et ex alio eiuſdem Pauli loco optimè ſuadet Barboſſa *v*, & Auguſtinus *x*, ſic conducit: *Quia coniugia ſemel inita inter eos vlteriùs ſolui non poſſunt. Horum quædam ſunt legitima; veluti cùm vxor à parentibus traditur, à ſponſo dotatur, & à ſacerdote benedicitur. Hæc talia coniugia legitima & rata appellantur. Illorum verò coniugia, qui contemptis omnibus illis ſolemnitatibus ſolo affectu aliquam ſibi in coniugem copulant, huiuſmodi coniugium non legitimum, ſed ratum tantummodò eſſe creditur.*

y Iuſtinianus in prin. Inſt. de nuptiis.

z idem in §. ſi aduerſùs, eodem tit.

4 Vnde etiam intelligendus venit Iuſtinianus, qui cùm plura requiſita ad nuptias legitimas & ſolemnes contrahendas neceſſaria, inter quæ paternum quoque conſenſum deſiderari in nuptiis eorum qui ſunt in poteſtate, ſcripſiſſet *y*, poſteà ſubſcripſit *z* hæc:

hæc: *Si aduersùs ea quæ diximus aliqui coierint, nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur.* Quibus ex verbis etſi matrimonium ſeu nuptias contractas abſque aliquo illorum requiſito nullas eſſe aliqui affirment, verius tamen eſt, huiuſmodi matrimonia ſeu nuptias ratas & validas eſſe, ſed non intelligi, nec eſſe poſſe iuſtas & legitimas, ad hoc vt liberi ex huiuſmodi coniunctione in parentum poteſtate naſcantur. Cuius reſpectu & intuitu loquutum fuiſſe Iuſtinianum, conſtat ex eodem loco.

5 Quamuis non deſint, qui conſtituentes diſcriminis rationem inter matrimonium & nuptias, audeant affirmare, illud contractum à filiis in poteſtate conſtitutis ſine conſenſu parentum validum eſſe, has verò nullas nulliúſque momenti (ſic intelligentes locum Pauli *a* aliter à nobis iam ſuprà expoſitum) cùm tamen ipſi non viderint, aut fortè non meminerint vidiſſe Iuſtinianum *b*, qui eadem requiſita in matrimoniis, quæ in nuptiis, deſiderari oſtendit expreſsè.

a Paul. I.C. in l. 2. de ritu nuptiarum.

b Iuſtin in §. ſi aduersùs, Inſt. de nuptiis.

CAPVT

CAPVT DECIMVM.

De validitate legis 49. Tauri, cum ſimilibus, pœnam exhæredationis irrogantibus in filios, qui ſine conſenſu parentum nuptias contrahunt.

SVMMARIVM.

1. *Conſenſum paternum in nuptijs filiorum, qui ſunt in poteſtate, non requiri ad validitatem earum, ſed ad iuſtificationem remiſſiuè.*
   Leges Regias pœnis afficientes filiosfamilias, qui ſine conſenſu parentum nuptias contrahunt, videri iniuſtas.
   Principem ſecularem nihil circa matrimonium ſtatuere poſſe.
2. *Deciſionem legis 49. Tauri, dubiorem reddi ex Concilio Tridentino.*
3. *Explicatur Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reformat. matrimonij, c. 1.*
4. *Filiosfamilias ſine parentum conſenſu abſque iuſta cauſa nuptias contrahentes mortaliter peccare remiſſiuè.*
5. *Filij indignas vxores ſine parentum conſenſu ducentes poſſunt exhæredari; item filiæ, etiam dignis maritis ante 25. ætatis annum nubentes, & qua ratione.*
   Lex ſecularis poteſt punire pœna exhæredationis modum inordinatum contrahendi nuptias.
   Diſpoſitio Taurina cum ſimilibus valida.
6. *Quo caſu pœna legis Taurinæ locum habeat, filiosfamilias ſine conſenſu parentum, prætermiſſiſque Tridentini ſolemni*

lemnitatibus, nuptias contrahentes non incurrere pœnam Legis Taurinæ cum ſimilibus.

7. *Filiosfamilias nuptias contrahentes ſine conſenſu parentum in regno Portugaliæ exhæredari poſſe, etiamſi non clandeſtinè contrahant.*

1 SED cùm ad validitatem *c* matrimonij non ſit neceſſarius paternus conſenſus, quamuis ad eius ſolemnitatem & iuſtificationem interuenire oporteat, vt diximus capite præcedenti; & ſic filia, quæ vſa legis facultate non peccauit, puniri non poſſit *d*, difficillimæ quidem videntur; quinimò & iniuſtæ, vtpote nuptiarum libertatem impedientes conſtitutiones Regiæ *e*, quæ graues pœnas imponunt filiis, qui reluctantibus atque inuitis parentibus matrimonia contrahunt. Quod lex ciuilis facere nequit, cùm ſecularis Princeps nihil circa matrimonium ſtatuere poſſit *f*.

2 Et, quod magis eſt, ex lege Taurina, & alia noua Regis Philippi II. Pragmatica *g*, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimotertio lata, clandeſtinè contrahentibus exhæredationis pœna indicta eſt, amiſſioníſque omnium bonorum, & exilij non tantùm contrahẽtibus, ſed & omnibus huiuſmodi matrimonio clandeſtino intereſſentibus. Quarum legum deciſio difficillima hodie, & magis dubia redditur ex nouiori Concilij Tridentini conſtitutione *h*, qua matrimonia clandeſtina omninò nulla eſſe declarantur. Et ſic pœnalis dictarum conſtitutionum diſpoſitio ceſſare debebat *i*, quia ex nihilo

c c.ſuper eo, de cond. appoſit. c. ſufficiat, iuncta ſua gloſſa, 27. q. 2. & tradit gloſſ. 1. in c. fin. 32. q. 2.
d l. Gracchus, C de adulteriis.
e l. 2. tit. 1. lib. 3. fori, l. 10. tit. 1. l. 5. tit. 3. p. 4 l. 1. tit. 1. ordin.
f latè probat de Afflictis lib. 3. conſtit. Rubrica 19. n. 13 Matienſ. in l 2. tit. 1. lib. 5. recopil. gloſſa 4. n. 4.
g l. 49. Tauri, l. 1. ti. 1. lib. 5. nouæ recopil.
h Trid. Cõc. ſeſſ 24. de reforma matrimonij. c. 1.
i l. non dubiũ, ibi, *nullũ contractum inter eos videri volumus ſubſequutum*. C. de legibus l. ea quidem, C. ſi mancipium ita fuerit alie. ſicq́; procedit Baldi doctrina ab omnibus recepta in l. 2. C. de Epiſcopali audientia.

(vt ait Philoſophus) nihil fit; quippe vt locum haberent, actum fuiſſe validum oportebat: alterutrum enim ſufficit, aut actus annullatio, aut pœna *l*. Vnde non immeritò de huiuſmodi diſpoſitionis validitate dubitant, & latè diſputant nouiores iuris interpretes *m*.

Sed miſſis eorum altercationibus, ego ſequutus 3
doctiſſimum præceptorem Antonium Pichardum Vinueſa *n*, aſſero quòd etſi Eccleſia iuſtiſſimis ex cauſis clandeſtina matrimonia, quæ libero tantùm contrahentium conſenſu fiunt, ſemper prohibuerit *o*, docuerintque ſancti Patres, grauéſque viri, parentum conſenſum ad nuptiarum ſolemnitatem, & tanti Sacramenti grauitatem eſſe neceſſarium, ſecurè tamen dicendum eſt ex Concilio Tridentino *p*, huiuſmodi matrimonia rata & valida eſſe, quandiu Eccleſia irrita non fecit, proindéque anathemate damnandos, prout ſancta Synodus eos damnat, qui illa vera ac rata eſſe negant, quiq; falsò affirmant matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe. Cuius iam damnatæ ſententiæ Auctores fuerunt Caſſanæus & alij, quos refert Couarruuias *q*.

Quamuis filios abſque iuſta & rationabili cauſa 4
iniuſſu parentum contrahentes, mortaliter peccare doceant Barboſſa & quos ipſe refert *r*, quia contraueniunt præcepto, de honorandis parentibus *ſ*.

Vnde

l docet Conanus, quem ſequitur Iaſo. in l. prætor ait, n. 11. ff. de ope. noui nũtiat. *m* Couar. 2. p. c 6. in prin. n. 7. Molina lib. 2. de Hiſpanorũ primogeniis, c. 16. num. 16. Gutier. lib. 2. Practic. qu. c. 1. & per totum. Ioan. Segura Daualos in Directorio Iudicum Eccleſiaſtici fori, 2. p. c. 15. nu. 28. & ſeqq. Baeza lib. ſingulari, de non melior. ratione dotis filiabus, c 18. nu. 17. Barboſſa, & quos ipſe refert 4. p l. 1. n. 35. ſolut. matr. & nouiſſimè Didacus Gomeſius Corneio in additionibus ad Ant. Gomeſium eius auum, in d. l. 49. Tauri, ſcholio vlt. *n* Ant. Pichard. Vinueſa in principio Inſt. de inofficioſo teſtamento, num. 21. & ſequentibus. *o* c. aliter, c. noſtrates, & per totam 30. q. 5. *p* Trid. Conc. ſeſſ. 24. de reforma. matrim. cap. 1. *q* Couar. 2. p. c. 3 § 8. in prin. Baeca de non meliorañ. ratione dotis filiab. c. 18. num. 17. Aceuedo in l. 1. nu 48. tit. 1. lib. 5. recopil. *r* Barboſſa, & quos ipſe refert vbi ſuprà, num. 36. in fine, & nouiſſimè Pichardus in d. princ. de inofficioſo teſtam. n 24. *ſ* c honorantur, 32. q. 2. c. 1. de deſponſat. impub.

5 Vnde propter iniuriam, qua parẽtes & tota cognatio afficiuntur *t*, patriæq́; poteſtatis læſionẽ *v*, permittebatur, filios indignas vxores ſine eorum conſenſu ducentes exhæredare *x*; quinimò & filias etiam dignis maritis ante vigeſimumquintum ætatis annum nubentes *y*, quia inhoneſtum eſt eo modo contrahere, & filius vel filia contrahendo inuito parente, officium patris vſurpat *z*, & ipſum iniuria afficit graui. Sicq́; potuit lex ſecularis ad conſeruandam honeſtatem & bonos mores in Republica punire pœna exhæredationis *a* modum inordinatum cõtrahendi, qui etiam iure canonico improbatur *b*. Cùm igitur Princeps puniat malos mores principaliter, & Reipublicæ pernicioſos ex huiuſmodi inordinato contrahendi modo, valida erit diſpoſitio Taurina cum ſimilibus, quantumcunque per indirectum videatur reſtringere libertatem matrimonij: nam cùm ius canonicum prohibeat clandeſtina matrimonia, rectè potuit lex ciuilis addere pœnam huic prohibitioni *c*.

6 Quæ eo caſu locum habere cum præceptore *d* meo intendo, ſcilicet cùm contrahentes inuitis parentibus, prætermiſſáque trina monitione, ſiue bannis, aut denuntiationibus, vel legitimè non omiſſis, matrimonium contraxerunt, ſeruatis etiam cæteris omnibus Tridentini ſolemnitatibus, quia licèt huiuſmodi matrimonium valere defendat Ignatius à Salcedo, clandeſtinum tamen dicitur, vt cum multis reſoluit Spino *e*: nam ſi aliqui in fi-

t Hoſtienſis in sũma, tit. de clãdeſtino matr. n. 5.
v Paludanus in 4. diſt. 28. q. 2. n. 10.
x l. 3. §. ſi emancipatus, de bonorum poſſ. cõtra tab.
y Authen. ſed ſi poſt, C. de inofficioſ. teſtam. tradit Menchaca de ſucceſſion. creat. §. 10. n. 623.
z c. honorãtur, 32. q. 2. c. noſtratis, 30. q. 5. cap. 1. de deſponſat. impub.
a Doctrina gloſſæ in clementina ne Romani, verbo, tolli, de electione.
b d. c. honorantur, cum ſimilibus ſuprà citatis.
c d. gloſſa in clem. ne Romani, & in terminis probat Ant. Gometius in l. 49. Tauri, nu. 2. & ex Baldo, Felino, & aliis, doctè Barboſ. d. 4. p. l. 1. n. 37. ad medium, ſoluto matrim.
d Pichard. d prin de inofficioſo teſta.
e Spino in Speculo teſtamentorum, gloſſ. 15. principali, ex n. 21. & maximè 24.

gura tantùm matrimonij coierint, Tridentini Concilij ſolemnitatibus prætermiſſis, ſine Parocho & teſtibus, quamuis ſint ab ordinario grauiter coërcendi *f*, cùm tamen eo caſu nullum ſit matrimonium, iuxta receptam Baldi *g* traditionem, pœnam dictarum legum minimè incurrent.

Et ſi Petrus Barboſ. *h* ex Luſitana ordinatione de- 7
fendat cenſeri incurſam pœnam filiis in eo regno contrahentibus ſine conſenſu parentum, etiamſi non clandeſtinè, ſed palàm, & ſeruatis Tridentini ſolemnitatibus contrahant.

* * *

CAPVT

f Trident. Conc. ſeſ.24. de reformat. c.1. ibi, nec non ipſos contrahētes grauiter arbitrio ordinarij puniri præcepit.

g Bald. communiter receptus in l. 2. C. de Epiſcopali audient. latè exornat Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. gloſſ. 2. nu. 6. & § 26. gloſſa 2. à nu. 8. & in l. bouis, §. hoc ſermone, limit. 1. de verborum ſign. & in terminis concludit Didacus Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 42. verſ. dubitatur vlteriùs, Matienſo in l. 1. tit. 1. libr. 5. recopil. gloſſa 7. num. 5. & Accuedo num. 46.

h Barboſ. vbi ſup. num. 39. ad medium.

CAPVT VNDECIMVM.

An verba requirantur de nuptiarum ſubſtantia, vel etiam ex præcepto Eccleſiæ, ſaltem inualentibus loqui, an verò ſufficiant ſigna exteriora ad exprimendum conſenſum coniugalem.

SVMMARIVM.

1. Verba non eſſe neceſſaria de ſubſtantia nuptiarum. Referuntur Auctores, & eorum fundamenta, ex quibus verba inualentibus loqui requiri exiſtimant.

2. Verius eſſe nec inualentibus loqui verba requiri, & traditur interpretatio ad Innocentium III. in c. tuæ, de ſponſalibus.

3. Confirmatur poſterior ſententia ex eodem Innocentio in c. ex parte, de reſtitut. ſpoliatorum.

4. Signa exteriora de eſſentia matrimonij requiri.

5. Matrimonium contrahi ex conſenſu paterno expreſſim præſtito, filio præſente & tacente.

6. Reprobatur opinio gloſſæ verbo, ſponſalia, in c. vnico, §. fin. de deſponſat. impub. lib. 6. quæ idem quod in parentibus in extraneis obſeruari tenet.

7. Matrimonium iuris præſumptione contrahitur, ſequuta copula poſt ſponſalia.

8. Intelligitur gloſſa verbo, de cætero, in c. non debet, de conſanguinit. & affinit. & gloſſa verbo, audiuit, in c. propoſuit, de coniugio ſeruorum.

9. Matrimonium contrahitur per anuli traditionem factam ſponſæ præcedente ipſius conſenſu.

Anulum in nuptiarum pignus ſponſæ mitti ſolere, ſicut Arrha in emptione & venditione traditur.

10. Anulum, qui ſponſæ mittebatur, ferreum eſſe, & quare.

11. Cur anulus daretur ſponſæ in nuptijs contrahendis.

12. Cur anulus digito quarto ſiniſtræ manus inferatur: & referuntur verba Iſidori relata in c. fœmina, 30. q. 5. & Iuuenalis Satyra 6.

13. Verba nec de neceſſitate ſubſtantiæ, nec de præcepto Eccleſiæ in nuptijs deſiderari; & reprobatur opinio contrarium exiſtimantium.

Peccatum veniale committere, qui ſolis ſignis abſque verbis conſenſum coniugalem exprimunt, niſi eos iuſta cauſa excuſet.

14. Peccatum mortale committere, qui ſolis ſignis nuptias contrahentes non ſatis explicant conſenſum, ſed ita dubium relinquunt, vt lites oriri poſſint.

15. Conſenſum internum non ſufficere ad matrimonium contrahendum.

Explicantur c. cùm locum, & c. tuæ, de ſponſal. & c. licèt, de ſponſa duorum.

16. Matrimonium non contrahi ſine expreſſione conſenſus externa, etſi Deus conſenſum coniugalem vtrique coniugi reuelaret.

17. Reprobatur Ioãnes Maior contrariã opinionem ſequutus.

CVM mutus, qui fari non valet, nuptias 1 contrahere poſſit, vt ſuprà oſtẽdimus, verba non eſſe neceſſaria de earum ſubſtantia apparet. Et quamuis ea inualentibus loqui ita adeſſe debere, vt ſolis ſignis celebra

lebratum coniugium ſit nullum, Bernardus & Accurſius *l* teneant, quos etiam Baldus, Bartolus & alij *m* ſequuntur, remque eſſe dubiam propter varias opiniones Gregorius *n* teſtetur, & tandem Zephalus *o* indubitatam ſententiam, poſt Tridentinum *p*, hanc eſſe defendat, quæ ex eo fundari ſolet, quòd Eccleſia ſtatuerit impedimentum huiuſmodi dirimens matrimonium inualentibus, loqui, qui ſolis ſignis contrahunt: & ſic licèt iure naturæ huiuſmodi matrimonium (ſicut & in mutis) valeat, iure tamen Eccleſiæ irritum fieri, vt ex huiuſmodi Innocentij III. *q* verbis apparet, *Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris conſenſum, ſed neceſſaria ſunt, quantùm ad Eccleſiam, verba conſenſum exprimentia de præſenti.*

2 Verior tamen eſt contraria ſententia, ſcilicet etiam inualentibus loqui verba non eſſe neceſſaria, nec de coniugij ſubſtantia, ſed hoc ſolis ſignis conſenſum exprimentibus contractum valere, tenet Ioannes Gloſſator *r*, & ſequuntur Hoſtienſis, Cardinalis, & alij *ſ*: nec contrarium Innocentius *t* aſſerit, qui conſultus an verba ſint ad matrimonium neceſſaria, requiri ſolùm legitimum conſenſum verbis vel ſignis expreſſum reſpondet, quod hac ratione poſteà comprobat: *Nam & mutus ſine verbis poteſt contrahere.* Quæ non benè correſponderet verbis præcedentibus, ſi ex illis non intelligeretur, ſolum

l Bernard. gloſſa verbo, nec forma, in c. tua nos. de ſponſal. Accur. verbo, ſolam, in l. cùm notiſſimo, C. de præſcriptio. 30. vel 40. annorum.

m Baldus in d. l. notiſſimi, n. 7. & in l. ad recognoſcẽdos, C. de ingenuis & manumiſ. & cõſ. 165. volum. 2 Bart. in l. nuptias, de reg. Iur. Goffredus in sũma, tit. de ſponſal. n. 22.

n Gregor. in l. 5. verbo, per palabras, tit. 2. p. 4.

o Zephalus conſ. 540. n. 39. & 47. volum. 4.

p Trid. conc. ſeſſ. 24. de reformat. matrim. c. 1.

q Innocent. III. in c. tuæ, de ſponſal.

r Ioan. Gloſſ. in c. ſufficiat, 27. q. 2.

ſ Hoſtien. Cardinalis, Anchar. Abbas, Præpoſit. & Imola in d c. tuæ, idem Abbas in c. ex parte, de reſtitut. ſpoliat. n. 8. & 28. Ripa in l. ex facto, n. 1. de vulgari ſubſt. Crotus in repetit. l. 1. in prin. n. 9. de verborum oblig. Socinus Iunior conſ. 29. n. 2 & 3. volum. 2. Paludan. in 4. diſt. 27. q. 2. art. 3 & dicunt communem Aretinus conſ. 13. Cagnolus in l. nuptias, n. 7. de reg. Iur. Boërius decis. 1. n. 218. Galiaula in l. 1. in prin. col. penult. de verborum

lum conſenſum verbis vel ſignis explicitum ſuffice-
re, nulliuſque rei ipſe rationem redderet, nec ex eo,
quòd verba neceſſaria quo ad Eccleſiam aſſerat, id
intelligendum eſt abſolutè, ſed neceſſaria eſſe quo
ad faciliorem probationem in foro externo Eccle-
ſiæ; hoc enim ſignificat dictio, *quo ad Eccleſiam.*

Vnde alibi idem Innocentius *v* cùm titulum 3
matrimonij probandum aſſeruiſſet, rationem his
verbis aſſignans, *Cùm per ſolam traductionem, quam non
præceſſerunt ſponſalia, vel conſenſus legitimus, nec fuerunt
etiam ſubſequuta, nullum inter eos obligatorium vinculum
ſit contractum*, velle videtur ſponſalia, id eſt, verba,
vel conſenſum legitimum ſine verbis ſufficere; na-
tura enim alternatiuæ eſt, vt altera pars ſufficiat *x*.

Ex his notandum eſt, ad eſſentiam matrimonij 4
ſigna exigi exteriora: nam cùm omne matrimo-
nium fidelium ſit Sacramentum, ſignum exterius
ſenſibile requirit *y*, & cùm verba requirantur vt
conſenſum denotẽt, is autem per alia ſigna exprimi
poſſit, nihil refert quid ex æquipollentibus fiat *z*,
maximè cùm factis magis quàm verbis exprimatur
voluntas *a*.

Vnde matrimonium verè contractum cenſetur, 5
ſi parentibus filiorum nomine expreſſum coniuga-
lem conſenſum præſtantibus ipſi filij præſentes ta-
cuerint *b*, quia conſenſus ille paternus expreſſim
præſtitus filio præſente & tacente, ſignum exterius
indicit, quo filij conſenſus ad matrimonium expri-
mitur, etiamſi ab eo nullum aliud ſignum exterius
præceſſerit *c*; quia (vt inquit D. Thomas) *d Verba*

v idem in c. ex parte, de reſtit. ſpoliato.

x c. inter cæteros, de reſcriptis.

y Paludanus in 4. diſt. 27. q. 1 art 2 Syl- ueſt. ver. matrimonium, 2 §. 7.

z c. licèt ex quadam, de teſtibus.

a c. dilecti, el. 2. de appellat. l. de quibus, ff. de legibus.

b c. vnico, §. fin. de deſpõſat. impub. lib 6.

c idem Sylueſt. vbi ſuprà.

d D. Thom. in 4. diſt 27. q. 1. art 2. quæſtiuncula 2. ad 3.

paren

parentum reputantur puellæ; eſt enim ſufficiens ſignum, quòd ſunt eius, ex quo non contradicit.

6 Nec hoc quod ex parentum contractu à iure quadam præſumptione inducitur, in aliis extraneis locum habet *e*. Ex quo apparet falſam eſſe opinionem Ioannis Andreæ *f*, exiſtimantis idem quod in parentibus, in extraneis obſeruari.

7 Deinde Gregorius IX. *g* matrimonium contrahi ſubſequuta copula poſt ſponſalia decidit, cùm tamen nulla ſint verba conſenſum de præſenti exprimentia, ſed ſolo ſigno ipſe manifeſtetur.

8 Ex qua etiam ratione intelligitur Bernardus *h*, dum matrimonium contractum expreſſo conſenſu, qui tamen nullus eſt ob aliquod humani iuris impedimentum, effici legitimum ſentit, ſi adducta Pontificis facultate ad illud contrahendum, vir & fœmina ſcienter in eodem coniugio, quo ad carnale commercium, perſeuerarint, quia ex hoc exhibere videntur nouum & validum conſenſum ad coniugium per ſigna exteriora. Quæ ſentētia communiter approbatur *i*, & pro ea eſt Alexandri III. *l* locus, ex quo Bernardus *m* notat, matrimonium præſumi ex carnali coitu tempore idoneo ſcienter ſubſequuto, ſi priùs conſenſus verbis expreſſus, ſed propter aliquam cauſam nullus, præceſſerat; ſicut etiam præſumitur ex copula poſt ſponſalia ſubſequuta *n*.

9 Hinc etiam deducitur ratio ad eundem Bernardum *o*, dum matrimonium contrahi ex eo aſſerit,

e Gloſſa verbo, verba, in d. c. tuæ, de ſponſal. ibiq; Imola col. 12. & Præpoſit. col. penul. Abbas in d. c. ex parte, de reſtit. ſpolia. Ioan. Andr. & Doctores in d. c. vnico, § fin. de deſpōſat. impu. in 6. hancq; opinionem dicunt communem Abbas col 3. & Felin. in c. nonne, de præſumptionibus, Hippolytus ſingulari 147.

f Ioan. Andr. gloſſa verbo, ſponſalia, in d. c. vnico, §. fi. de deſponſat. impub. lib. 6.

g Greg. IX. in c. is qui fidē, de ſpōſal.

h Bern. gloſſ. verbo, de cætero, in c. nō debet, de cōſanguin. & affinit.

i Abbas & cæteri Doctor. in d. c. non debet.

l Alex. III. in c. propoſuit, de cōiugio ſeruorū.

m Bernard. gloſſa verbo, audiuit, in d. c. propoſuit. *n* c. is qui fidem, de ſponſalibus. *o* Bernard. gloſſa verbo, dicente, quam ibi dicit ſingularem Abbas in c. pen. de ſponſal. & ſequuntur communiter Doctores.

quòd fœminæ conſenſum coniugalem exprimenti vir anulum tradiderit, quia præmiſſo fœminæ conſenſu verbis expreſſo id ſignum viri conſenſum exprimit: in nuptiarum enim pignus ſolet anulus ſponſæ mitti, ſicut arrha in emptione & venditione traditur. Ex quo Iſidorus *p*, *Fœminæ* (inquit) *non vſæ ſunt anulis, niſi quos virgini ſponſus miſerat, neque ampliùs quàm binos aureos in digitis habere ſolebant.*

p D. Iſidorus lib. 20. Etym.

10 Anulum verò ferreum, eúmque ſine gemma ſponſæ mitti ætate ſua cõſueuiſſe teſtatur Plinius *q*. Hócque fieri ad perpetuam communitatem coniugij ſignificandam mihi videtur, quæ nullo alio metallo propriùs potuit ſignificari: ferrum enim cæteris metallis durius ac fortius eſt, ſi quidem attenuit & extendit ea. Ex quo idem Plinius *r*, *Quid ferri duritia pugnatius?* aſſerit, & ſic ferrum à feriendo, apud Ambroſium Calepinum *ſ* dicitur. Vnde Cicero *t*: *Ferreus* (inquit) *eſſem, ſi te non amarem*, id eſt, durus eſſem, & alibi *v*: *O te ferreum, qui illius periculis non moueris?*

q Plin li. 33. de naturali hiſtoria, c. 1.

r Idem Plin. lib. 36. c. 16.

ſ Ambr. Calepinus in verbo, ferrũ.

t Cicer. ad Trebatium.

v Idem ad Atticum, lib. 13.

11 Ioannes Neuizanus *x* autem, relatus à Solorzano *y*, anulum in deſponſatione eam ob cauſam adhibitum fuiſſe aſſerit, vt ſummæ dilectionis ſignum, & amorem coniugum infinitum eſſe debere illius rotunditas (quæ eſt infinita) oſtenderet; anulúmque olim ferreum fuiſſe, eíque Adamantem incluſum, vt oſtenderetur non aliter coniugis amorem, vxorem à patris amore retrahere, quàm Adamas ferrum à magnete retrahere ſolet.

x Ioan. Neuizanus in Sylua nupt. lib. 3. nu. 13. vide etiam Briſſon. de titu nupt. pag. 3.

y Solorzano de crim. parricidij, lib. 2. c. 13.

12 Ex quo anulus quarto digito ſiniſtræ manus infertur,

fertur, eò quòd certa ſanguinis vena ſit ibi ad cor ipſum tendens, vt ex Agellio & aliis refert Couarruuias *z*. Vnde Iſidorus *a*: *Quòd in primis* (ait) *nuptijs anulus à ſponſo ſponſæ datur, fit nimirum vel propter mutuæ dilectionis ſignum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungãtur. Vnde & quarto digito anulus idem inſeritur, quòd in eo vena quædam (vt fertur) ſanguinis ad cor vſque perueniat.* Quem morem etiam Iuuenalis *b* reſpexit:

Conuentum tamen, & pactum, & ſponſalia noſtra,
Tempeſtate paras, iámque à tonſore Magiſtro
Pecteris, & digito pignus fortaſſe dediſti.

13 Sed licèt in nuptiis verba non ſint de neceſſitate ſubſtantiæ, ſed neque de præcepto Eccleſiæ, etſi aliqui *c* contrarium affirment, ex Pontificibus Gregorio IX. & Alexandro III. *d* talia verba proferentibus: *Si inter virum & mulierem legitimus conſenſus interueniat de præſenti, ita quòd vnus alterum in ſuo mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſo recipiat*, quæ illorum opinionem minimè probant, cùm non præcipiendo, ſed ſolùm narrando factum, & exemplatiuè loquantur, vt bene docent Præpoſitus, & alij *e*; in venialem tamen culpam incident, qui ſolis ſignis, abſque verbis, conſenſum expreſſerint, niſi cauſa iuſta excuſaret eos, quia abſurdum eſt, & à recta ratione alienum, in tam grauiſſimo matrimonij contractu commodiori modo poſſibili conſenſum non aperiri; qui quidem meliùs verbis

z Couar. ibi. 2.p.c.4. in pr. num. 3.

a D. Iſidorus lib. 2. de diuinis officiis, c. 19. relatus in c. fœminæ, 30. q. 5.

b Iuuenal. Satyra 6.

c Petrus de Ledeſma de matrim. q. 45 art. 2. cõcluſ. 2. Enriquez, licèt non ita abſolutè, lib. 11. de matrim. c. 2. nu. 6.

d Greg. IX. in c. ſi inter, de ſponſal. Alex. III. in c. licèt, de ſponſa duorum.

e Præpoſitus in c. tuæ, n. 6. ad finem, de ſponſal. & ita videtur tenere Sotus in 4. hiſt. 27. q. 1. art. 3. concluſ. 2. verſ. ex huiuſmodi, vbi æquũ eſſe ait verbis cõtrahere; ſi autem eſſet præceptum, nõ ita loqueretur; idem videtur probari in l. 5. tit. 2. p. 4. *ver. cõuiene que ſe Saga por palabras, para que ſe pueda probar.* & tenent Vera Crux in ſpeculo coniug. 1. p. art. 3. ad finem, Palacius in 4. diſt. 27. diſputat. 1. f. 569. Bartholom. à Ledeſma dubio 17. de matrim. fol. 1271.

quàm ſignis declaratur *f*.

14 Vnde mortale crimen incurrere optimè Bartholomæus à Ledeſma *g* intelligit eos, qui ſolis ſignis contrahentes, non ſatis conſenſum coniugalem exprimunt, cùm ex dubio conſenſu ſcandala liteſque oriri poſſint. Itémque ſenſit Enriquez *h*, dum ſecluſo ſcandalo non eſſe mortale aſſerit.

15 Ex quibus apparet, non ſufficere ad matrimonium conſenſum internum, ſed verbis vel ſignis eum exprimi oportere: nam ſi matrimonium conſideretur vt eſt contractus, cùm celebretur ab hominibus interiora cordis ignorantibus, petit ſigno externo internum conſenſum aperiri: ſi autem vt eſt Sacramentum, de ratione Sacramenti eſt, ſignum ſenſibile eſſe. Vnde etſi Pontifices *i* ſolum conſenſum efficere matrimonium decidant, verba autem neceſſaria eſſe quo ad Eccleſiam, non tamen excludunt illius expreſſionem per ſigna externa, quæ in omni humano contractu ipſum conſenſum concomitantur. Et cùm Alexander III. *l* legitimum conſenſum efficere matrimonium dixit, quaſi id explicans ſubdidit, *ita quidem quòd vnus alterum in ſuo mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſè recipiat.*

16 Quod adeò verum eſt, vt nec reuelante Deo mutuum conſenſum vtrique coniugi, matrimonium conſiſtere poſſit ex ratione contractus, quia continet exteriorem corporum traditionem, quæ per actus internos fieri nequit. Nec votum internum tradi

f Vera Crux & Bartholomæus à Ledeſma vbi ſuprà.

g Idem Bartholomæus à Ledeſma ibidem.

h Enriquez d. lib. 11. de matrim. c. 2. num. 6.

i c. cùm locum, c. tuæ, de ſponſalibus.

l Alex. III. in d. c. licèt, de ſponſa duorum.

traditio eſt: ad perfectam enim traditionem requiritur perfectus actus humanus conſtans interno & externo conſenſu: Chriſtus námque matrimonij naturam (vt eſt contractus) non mutauit, ſed ad Sacramenti eſſe eleuauit. Et ita hanc partem ſuſtinent Almainus & alij *m*.

17 Ex quo apparet, non ita probabilem eſſe, vt exiſtimauit Vera Crux *n*, opinionem Ioannis Maioris *o*, ſcribentis matrimonium. Conſtitui poſſe abſque ſignis exterioribus & interiori conſenſu per Dei reuelationem ab vtroque coniuge intellecto.

m Almain. in 4. diſt. 15. q. 2. Victoria in Summa, de matrim. n. 250. Soto in 4. diſt. 27. q. 1. art. 3. cõcluſ. 1. verſ. verùtamen, Bartholomęus à Ledeſma 2. p. 4. q. 47. art. 2. fol. 448. col. 4. Palacius in 4. diſt. 27. diſput. 1. fol. 568. col. 2. Petrus Ledeſma de matrim. q. 45. art. 2. dubio 1. ante ſolutionẽ ad argumenta.

n Vera Crux in Speculo coniug. 1. p. art. 3. *o* Ioan. Maior in 4 diſt. 26. q. 1. ad 3.

CAPVT DVODECIMVM.

De conſenſu coniugali per procuratores coniugibus reuelato, & de ijs quæ requiruntur vt huiuſmodi reuelatio conſenſus matrimonium ſortiatur.

SVMMARIVM.

1. Conſenſus coniugalis per procuratores reuelatur.

2. Neceſſe eſt procuratorem habere ſpeciale mandatum, & nominatim ad contrahendum matrimonium.

Clauſula generalis ſubſequuta poſt alios caſus expreſſos, ſpeciale mandatum exigentes, non extenditur ad matrimonium, licèt extendatur ad alios caſus non expreſſos, ſimiliter ſpeciale mandatum petentes.

3. Mandatum debet eſſe ad contrahendum cum certa perſona matrimonium.

4. Mandatum oportet non eſſe reuocatum tempore quo procurator contrahit, vt matrimonium valeat.

Speciale eſt, matrimonium non valere, reuocata poteſtate mandati, procuratore & altero coniuge ignorantibus.

5. Intelligitur Africanus in l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. petatur.

6. Intelligitur etiam Paulus in l. ſi quis mancipijs, 17. §. ſi impubes, ff de inſtitoria actione.

7. Reuocatio nuntij vel epiſtolæ, licèt non intimetur nuntio, vel epiſtolam recipienti, impedit obligationem; & explicatur Iulianus in l. ſi pater, in prin. de manumiſſis vindicta.

8. Aſſi

8. *Aſſignatur ratio ſpecialitatis inter matrimonium & cæteros contractus.*

9. *Matrimonium inter conſanguineos contractum ſub conditione,* Si Papa diſpenſauerit, *adueniente conditione nullum eſſe, ſi alter coniux reuocauerit conſenſum, etiam altero ignorante.*

10. *Periurij reum eſſe qui reuocat mandatum, quod iurauerat non reuocare.*

11. *Reuocatio mandati tacita ſufficit, vt matrimonium non valeat, & an ea præſumatur ex factis contrarijs. Voluntas aliquando magis factis quàm verbis declaratur.*

12. *Prius mandatum reuocari ex ſecundo mandato ad contrahendum cum alia.*

1 PER procuratores quoque conſenſum coniugalem reuelari conſtat, vt matrimonium per eos contractũ firmum & validum ſit *p*: nam eleuans illud Chriſtus ad eſſe Sacramenti, nõ immutauit contractus naturam, quæ ea eſt, vt inter abſentes poſſit per procuratorem celebrari *q*.

2 Ad quod tamen oportet procuratorem ſpeciale mandatum habere, & nominatim ad matrimonium *r*: nam licèt, vbi aliqui caſus exprimuntur ſpeciale mandatum exigentes, clauſula generalis ſubſequens extendatur ad alios caſus non expreſſos, ſpeciale quoque mandatum ſimiliter petentes *ſ*, non tamen extenditur ad matrimonium, quia extenſio fit in caſibus qui expreſſis ſimiles ſunt, non autem

p c. fin. de procuratoribus in 6. c. honorantur, 32. quæ. 2. l. ſufficit, de ſpõſal. l. 1. tit. 1. l. 5. in fine, tit. 2. p. 4.

q l. 1. ff. de procurator. in fine.

r c. fin. & gloſſa verbo, ſpeciale, de procurat. in 6.

ſ c. qui ad agendũ, eodẽ tit. & lib.

autem in longè maioribus, vt eſt matrimonium *t*.

Item ad contrahendum cum certa perſona debet eſſe mandatum; non enim ſufficere generaliter cum quacunque ſic Papinianus *v* demonſtrat: *Generali mandato quærendi mariti filiæfamilias non fieri nuptias rationis eſt, itaque perſonam eius patri demonſtrari, qui matrimonio conſenſerit, vt nuptiæ contrahantur neceſſe eſt.* 3

Nec non requiritur vt tempore, quo procurator contrahit, non ſit reuocata poteſtas: nam ſi reuocata fuerit, quamuis procuratore & altero coniuge ignorantibus matrimonium irritum erit *x*, atque ita hoc ſpeciale eſſe in matrimonio conſtat, contra iuris regulam, qua cauetur procuratorem ad negotia conſtitutum certiorem eſſe de reuocatione debere, vt proſit ea *y*. Cuius ratio eſt, quia in cæteris contractibus contrahentium conſenſum ius poteſt ſupplere, renitentibuſque eis dominiũ transferre, ne ipſi fruſtrentur contrahentes, & reuocentur contractus, quos ſeruari naturalis ratio ſuadet *z*. Aliàs enim ſæpe cõtingeret reuocari cõtractus perfectos à mandatariis celebratos, qui mandatorum reuocationem ignorabant.

Hacque ratione ſolutiones Sticho ſeruo, qui Calendario præpoſitus erat, factas à creditoribus mortem Domini (qua mãdatum finiri certũ eſt *a*) ſimul 4

cum

t clem. non poteſt, de procurat. gloſſa verbo, non expreſſos, in d.c. qui ad agendũ, vbi Ioan. Andre. n. 3. Anchar. n 2. Imola in c. nonnulli, §. 1. n. 4. verſ. ſed iuxta, de reſcriptis. Abbas in c. ſedes, n. 8. eod. tit. Præpoſit. in c. tuæ, de ſponſal. n. 11. *v* Papinianus in l. generali, 34. de ritu nupt. & notat gloſſa verbo, ſpeciale, in c fin. de procurat. in 6. & ibi Dominicus Francus in prin. n. 2. ad finẽ, Anchar. n. 1. verſ. 2. nota. Abbas in c. in cauſis, n. 15. de electione. Bart. in l. filiusfamilias, n. 9. ff de donat. Alexan. conſ. 146. volum. 5. Couar. dicés eſſe omnium 2. p. de ſponſal. c. 4. in prin. n. 8. Angelus verſ. matrim. 2, n 18. & c. 9. Syluester verſ. matrimonium, §. q. 9. *x* d.c. fin. de procurato. n 6. *y* Clem. vnica, de renunciat. c. ex parte, de reſcriptis. l. ſi mandaſſem, ff. mandati l. 1. §. fin. de contrahend. empt. *z* l. 1 ff. de pactis. *a* l. inter cauſas, 26. in prin. l. ſi quis alieni, 27. §. morte, ff. mandati l. mandatum, 15. C eodem tit. l. & quia, 6. de iuriſdictio. omnium Iudic. l. non ſolùm, 8. §. morte, ff. de ope. noui nuntia. l. quæſitum, 15. §. Iulianus, ff. qui & à quibus, l. fin. verſ. fin. ff. de ſolutio. c. relatum, 10. c. licèt vndique, 30. de offic. & poteſt. Iud. deleg. c. ſi delegatus, 7. c fin. §. officium, eodem tit. lib. 6. & de iure regio, l. 12. l. 2 e. tit. 4. l. 23 tit. 5. p. 3. vbi eleganter explicant Greg. & quos refert Pichardus in § rectè quoque, n. 6. Inſt. de mandato.

cum ipſo Stycho ignorantibus, eos liberare aſſerit Africanus *b*.

b Africanus in l. eius qui in prouincia, ff. ſi certum pet.

6 Quinimò & propter vtilitatem contrahentium, actionem in hæredem etiam impuberem eius qui inſtitores præpoſuerat, dandam iis qui cum inſtitoribus ſcientes dominum deceſſiſſe contraxerunt, his verbis Paulus *c* reſpondit: *Si impubes patri habenti inſtitores, hæres extiterit: deinde cum his contractum fuerit, dicendum eſt, in pupillum dari actionem, propter vtilitatem promiſcui vſus. Quemadmodum vbi poſt mortem tutoris, cuius auctoritate inſtitor præpoſitus eſt, cum eo contrahitur. Non enim imputandum eſt ei, qui ſciens dominum deceſſiſſe, cum inſtitore exercente mercem contrahat.*

c Paulus in l. ſi quis mãcipiis, 17. § ſi impubes, ff. de inſtitoria actione.

7 Vbi autem contractus per nuntium vel epiſtolam fit, ſi ante eius præſentationem, pœniteat mittentem, licèt reuocatio non intimetur nuntio vel epiſtolam recipienti, obligatio tamen impeditur, vt contingit in ſpecie à Iuliano *d* propoſita, vbi non valet manumiſſio ſerui à filiofamilias facta cũ patris voluntate, quæ ante ipſam manumiſſionem, ignorante filio, fuit reuocata, quia nuntius vel epiſtola tanquàm merum inſtrumentum eſt, per quod dominus verba profert, & ita in mittentis perſona ea concipit, vt conſenſu Domini deficiente, tempore quo profert verba nihil operetur epiſtola aut nuntius, quamuis reuocationis ignarus ſit: cùm autem aliquis procuratorem conſtituit, facto illius voluit obligari, ex quo neceſſe eſt eum, per quem conſenſus præſtatur, reuocationis conſcium eſſe.

d Iulian. in l. ſi pater, in prin. ff. de manumiſſ. vindicta.

8 Sed in matrimonio minimè ius poteſt ſupplere

conſenſum, qui ita liberrimus in eo deſideratur, vt ſi contractum per procuratorem ignorantem reuocationem conſenſus mandatoris valeret, triſtes atque infelices poſſet exitus habere *e*. Et ita hoc eſſe in matrimonio ſpeciale, docent Ancharanus & alij *f*.

9 Ex quo Dominicus *g* infert, matrimonium inter conſanguineos contractum ſub conditione, *ſi Papa diſpenſauerit*, adueniente diſpenſatione, nullum eſſe, ſi alius coniux, etiam altero ignorante, reuocauerit conſenſum quem priùs præſtiterat.

10 Hæc autem procedere ait Ioannes Andreas *h*, etiamſi is, qui mandatum dedit, id non reuocare iurauerit, quamuis ſit reuocans periurij reus *i*.

11 Sed tacita mandati reuocatio ſufficiet, vt docent Couarruuias & alij *l*, quæ quidem facto quoque ipſo contrario fieri, ſatis ex his Vlpiani *m* verbis patet: *Illud rectiſsimè placuit, qualiquali voluntate intelligi poſſit patronus animum habere deſiiſſe quaſi in vxorem*, &c. & inferiùs: *Vbicumque igitur vel tenuis intellectus videri poteſt, nolentis nuptam*, &c. qui etiam huiuſmodi ſubiicit coniecturas, ex quibus voluntatis mutatio colligitur. *Si patronus ſibi deſponderit aliam, vel deſtinauerit, vel matrimonium alterius appetierit, credendus eſt nolle hanc nuptam.* Vbi Accurſius verbum, *deſtinauerit*, explicat, id eſt, *propoſuerit aliam habere in ſponſam.* Et addit

e c. requiſiuit, de ſponſalibus.

f Anchar. Cardinalis, & Imola in clem. vnica, de renũtiat. per gloſſam ibi verbo, ignorantem, & verbo, credendum, idẽ tenet gloſſa verbo, ignoraret, in c. ſi de procur. in 6. & gloſſa verbo, vxor, in cap. nec illud, 30. q. 5. vbi Archidiac. Bellamera, & Turrecremata; Felinus in c. edoceri, nu. 11. & in c. ex parte, n. 9. de reſcript. & in c. ſi diligenti, num. 22. de foro cõpet. Sylueſt. ver. matrimoniũ, 5. q. 11.

g Dominicus conſ. 33. col. penult.

h Ioan. And. gloſſa verbo, reuocatus, in d. c. ſi de procurat. in 6. vbi eam ſequuntur Doctores & eſt ſingularis ſecundùm Socinum conſ. 58. vol. 3. Iaſonem in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, col. 3. de condict. indeb. quam dicit eſſe auream Felinus in cap. ſi diligenti, col. 6. de foro comper. ſequuntur eam Abbas in c. cùm acceſſiſſem, nu. 12. Decius, n. 7. de conſtitutio.

i Gloſſa verbo, reuocatus, in d. c. ſi vbi Monachus & Philippus Probus in additionibus ad ipſum Ioan. Andream ad finem, Felin. in c. ex parte, n. 12. de reſcr. Sylueſt. ver. matrimonium, §. 3. & ſuprà citati.

l Couar. 2. p. c. 4. in prin. n. 11. Ludouicus Lopez 2. p. Inſtructorij de matrim. cap. 47. fol. 1120. Viualdus in Candelabro. 1. p de matrim. n. 44.

m Vlp. in l. fin. ff. de diuortiis.

addit Odofredus, eo ipſo tacitè patronum declarare ſe nolle libertam: voluntas enim non tantùm verbis, ſed etiam factis demonſtratur *n*, imò magis factis quàm verbis aliquando ſolet declarari *o*.

12 Vnde Couarruuias & cæteri proximè citati prius mandatum reuocari dicunt, ex ſecundo ad contrahendum cum alia: non enim veriſimile eſt (vt ait Ferretus *p*) tractantem matrimonium cum aliqua, in priori voluntate contrahendi cum alia perſiſtere, quia cùm ad contrahendum cum ſecunda neceſſarium ſit à voluntate prioris matrimonij recedere, dato mandato ad contrahendum cum ſecunda, reuocatur primum *q*.

n l. Paulus reſpondit, ff. rem ratam haberi.
o l. ſi tamen, § ei qui, ff. de Ædilitio edicto, l. reprehendẽdà, vbi Decius, C. de inſtitutio. & ſubſtitut. & multa congerit Iaſo in l. apud Iulianum, §. conſtat, de leg. 1. & in l. furioſum, n. 4. C. qui teſtam. facer. poſſunt.
p Ferretus cõſ. 28. n. 12.
q l. ſi quis cum procuratorio, §. fi. ff. de procurator. c. pen. eod. tit.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

De nuptijs metu contractis, & quando is dicatur cadere in virum conſtantem.

SVMMARIVM.

1. Nihil conſenſui tam contrarium quàm metus. Metum alium eſſe cadentem in virum conſtantem, alium in inconſtantem.

2. Quinque requiri vt metus ſit cadens in virum conſtantem, & explicantur.

Inconſtantis atque leuis eſt, rem modicam timere, & explicatur Vlpian. in l. metum, la. 1. de eo quod met. cauſa.

3. Explicantur verba eiuſdem Vlp. in l. nec timorem, ff.

proinde, el. 1. de eo quod met. cauſa, & Prouerb. c. 28. & Eccleſiaſt. c. 19.

4. *Non eſt viri conſtantis ac fortis quibuſcunque terreri minis, & explicatur Modeſtinus in l. famoſi, ff. ad legem Iuliam maieſtat.*

5. *Inconſtantis & timidi eſt, metuere ea quæ de facili vitare poteſt.*

6. *Exponuntur Diocletiani & Maximiani verba in l. metum, C. de ijs quæ vi, & aliorum Imperatorum in l. vnica, C. ſi quis Imperat. maledixerit, & Modeſtini I.C. in l. famoſi, ff. de adult.*

7. *Iudicis arbitrio relinquendum, quiſnam dicatur metus cadens in virum conſtantem.*

8. *Matrimonia ex metu cadenti in virum conſtantem ipſo iure nulla, & refertur ratio Alexandri III. in c. cùm locum, de ſponſal.*

9 *Traditur interpretatio ad Celſum in l. ſi patre cogente, de ritu nupt.*

10. *Spirituale matrimonium per profeſſionem religionis metu reuerentiali contractum non impediri.*

11. *Reprobatur communis relata à Couar. & intelliguntur gloſſa verbo, patrem, in c. præſens clericus, 20. q. 3. & lex non cogitur, de ritu nuptiarum, cum alijs.*
Refertur & reprobatur Ioannis Ignei opinio.

12. *Contractus ex metu cadenti in virum conſtantem nõ vitiari ipſo iure, licèt matrimonia nulla ſint, & aſſignatur ſpecialitatis ratio.*
Voluntas coacta quæ dicatur.

13. *Matrimonia ſemel contracta non retractari.*

14. *Traditur interpretatio ad Alex. in l. 1. C. de reſcind. vend.*

15. *Alia*

15. *Alia interpretatio ad Paulum in l. ſi mulier, § ſi dos, ff. de eo quod met. cauſa.*

16. *Metus carceris an contractum faciat nullum, & traditur interpretatio ad l. qui in carcerem, 22. de eo quod metus cauſa.*

1 CVM nuptiis, quæ libero conſenſu contrahi debent (vt diximus) aliquando metus interuenire ſoleat *r*, quo quidem nihil conſenſui tam contrarium eſt *ſ*, ſequitur vt videamus quoties libertatem nuptiarum poſſit metus impedire. Ad cuius cognitionem animaduertendum eſt, eum eſſe duplicem; alium qui in virum conſtantem cadit, alium qui in inconſtantem *t*; ille timor iuſtus à Gregorio IX. *v* appellatur, & conſequenter hic iniuſtus dicitur. Item illum probabilem, hunc autem improbabilem Goffredus & alij *x* vocant, nec non grauis, & leuis, ſiue vanus, nominari ſolent. Et ſic Caius *y*, *Metum* (inquit) *non vani hominis, ſed qui meritò & in homine conſtantiſſimo cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus*. Et ratio eſt, quia prior timor non repugnat conſtantiæ & fortitudini, ſed iuſtè & probabiliter vir conſtans terretur eo; poſterior autem conſtantiæ & fortitudini aduerſatur, & inconſtantis, vani, leuiſque hominis eſt, illo terreri.

r l. ſi patre cogẽte, de ritu nupt.
ſ l. nihil conſenſui, de reg. iur.
t c. veniens, el. 2. c. cõſultationi, de ſpõſal. c. cùm dilectus, de iis quæ vi.
v Greg. IX. in c. fin. de appellatio.
x Goffredus, in Summa, tit de iis quę vi, n. 2. Angelus verbo, metus, n. 1. vbi Syluest. q. 2.
y Caius in l. metum, la. 2. ff. de eo quod met. cauſa.

2 Vt autem metus in virum cadat conſtantem quinque deſiderantur. Primum, vt malum, quod timetur, ſit graue. Conſtat ex illis Vlpiani *z* verbis: *Metum accipiẽdum Labeo dicit, non quemlibet timorem, ſed*

z Vlp. in l. metum, la. 1. de eo quod met. cauſa, iuncta expoſitione gloſſ.

maioris malitatis: aliàs, *maioris mali*; inconſtantis enim
atque leuis eſt, rem modicam timere.

Secundum igitur, vt timens non vanè leuiterq́; 3
credat malum illud ſibi imminere, vt ex Caio *a* col-
ligitur, dum metum non vani hominis dicit, ſed qui
meritò in conſtantiſſimo homine cadat. Vnde Vl-
pianus *b*, *Si quis* (inquit) *meticuloſus rem nullam fruſtrà
metuerit, per hoc edictum non reſtituitur.* Hoc enim inter
conſtantem & inconſtantem diſtat: ille námque
nonniſi ex forti & probabili æſtimatione mouetur,
hic autem ex leui. Ex quo illud Prouerbiorum *c*:
Fugit impius nemine perſequente Et Eccleſiaſt. *d*. *Qui ci-
tò credit, leuis eſt corde.* Et docent Turrecremata, &
alij *e*. Hinc Ariſtoteles *f* fortem eſſe impauidum di-
cit, quia non timet leuiter, & vbi recta ratio ti-
men dumdictat.

Tertium deinde, vt ille qui metum incutit, poſſit 4
minas exequutioni mandare; non enim viri con-
ſtantis, ac fortis eſt, quibuſcunque terreri minis:
ná (vt inquit Modeſtinus *g*) perſona ſpectáda eſt an
potuerit, vel ſaltem vt qui metum patitur, non abſ-
que ratione credat minanté adimplere poſſe, etiáſi
verè non poſſit ex aliqua timenti incognita cauſa.

Quartum eſt, vt non facilè vim paſſus minis oc- 5
currere poſſit; ſi enim poſſet alia ratione ſubueniri,
vt implorando alicuius auxilium, non eſſet timor
cadens in virum conſtantem, quia inconſtantis &
timidi eſt, metuere ea quæ de facili vitare poteſt *h*.

Deni

a Caius in d. l. metum, la. 1.

b Vlp. in l. nec timoré, §. proinde, el. e. eodem tit.

c Prouerb. c. 28.

d Eccleſiaſt. c. 19.

e Turrecremata in Súma, 31. q. 2. n. 6. Syluest. verbo, metus, q. 1. Burſatus conſ. 72. n. 30. volum. 1. Soto in 4. diſt. 29. q. 1. art. 2. verſ. alteram verò hinc.

f Ariſt. el. lib. 3 Ethic. c 9.

g Modeſtinus in l. famoſi, ff. ad legem Iuliá maieſt. gloſſa verbo, iactationibus, in l. metum, 5. ff de iis quę vi. vbi Baldus, Alex. & Salicetus, n. 1. & 2. Anchar. in c. ad audientiam, n. 2. eodé tit. Sebaſtianus, de Medecis de caſibus, fortuitis, q. 7. n. 67. Flaminius de reſignat. beneficij, lib. 13. q. 1. n 115. Rolandus conſ. 83 n. 28 volum. 2. Soto de Iuſt. & iure, lib. 7. q. 2. art. 1. & 2. verſ. aut tamen hîc pacabitur.

h atque text. in c. fin. de electione, *ibi, tempus ſtatutum à canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam huiuſmodi poſtulandi*, docent Angelus in Summa verbo, metus, n. 5. Syluest. q. 1. Cu-
cus lib. 5. Inſt. maio tit. 13 n. 155.

6 Denique vltimum, vt incutiens metum ſit ſolitus minas exequi: nam ſi facillimè eas iactauerit, itaque depoſita nihil exequutioni mandare ſoleat, non eſt cur timens huiuſmodi metu oppreſſus cenſeatur. *Metum enim* (vt Diocletianus & Maximianus *i* reſcripſerunt) *non iactationibus tantùm vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probari conuenit.* Et, vt alij Imperatores *l*, *ex perſonis hominum dicta penſemus.* Quibus rectè cõuenit quod Modeſtinus *m* iam ſuprà citatus aſſerit, *perſonam ſpectandam eſſe an potuerit facere, & an antè quid fecerit.*

7 Vnde Couarruuias *n* iudicis arbitrio relinquendum aſſerit, quiſnam dicatur metus cadere in virum conſtantem, quia ille arbitrabitur, an vir prudens & conſtans elegerit potiùs id agere quod timoris cauſa fit, quàm periculum imminens ſubire.

8 Igitur matrimonia, quæ metu cadenti in virum conſtantem fiunt, ipſo iure eſſe nulla, ex multis iuribus *o* expreſsè conſtat, (vt inquit Alexander III. *p*) *per timorem dicat quis, ſibi placere quod odit, & ſequatur exitus, qui de inuitis ſolet nuptijs prouenire.*

9 Et quamuis Celſus *q* matrimonium à filiofamilias vi aut coactione paterna contractum valere ſic oſten

i Diocletianus, & Maximianus, in l. metum, C. de iis quę vi, & docent ibi Bart. Bald. Paulus, Alex. & Saiic. Panormit. in c. 1. n. 3. & in c. cauſam matrimonij, n. 5. de off. delegati, in c. cùm dilectus, n 8. de iis quæ vi. in c. fin. n. 4. de appellatio. Anchar. in c. ad audientiã, n. 2. de iis quæ vi. Felinus in c. 1. de off. delegati, n. 2. vbi Decius n. 12. Crotus in l. ſtipulatio hoc modo concepta, n. 67. de verborum obli. Burſatus cõſ. 72. n 33. & 42. volum. 1. Maſcardus, de probatio. cõcluſ. 1055. n. 18. & 19.

l Imperatores, in l. vnica, C. ſiquis Imperat. maledixerit. *m* Modeſtinus I. C. in d. l. famoſi, ad legem Iuliam maieſtat. *n* Couarr. 2. p. c. 3. § 4. num. 8. per gloſſam verbo, cruciatum, communiter receptam, in l. interpoſitas, C. de tranſactio. & gloſſam verbo, metum, in c. cùm dilectus, de iis quæ vi. vbi Panormit. eam ſingularem & magiſtram dicit. Iaſo in d. l. interpoſitas, & in §. quadrupli, num. 54. Inſt. de actio. Decius in l. omnibus cauſis, de reg. iur. n. 7. *o* c. veniens, el. 2. de ſponſal. c. ſignificauit, de eo qui dux. in matrim. gloſſa verbo, coactus, ad medium, in c. 2. de iis quæ vi, & in l. ſi mulier, 21. §. ſi dos, verbo, vllam eſſe, ff. de eo. quod metus cauſa, atque vbique Doctores id fatentur, & dicunt eſſe communem opinionem Barboſ. conſ. 54. n. 10. volum. 1. Hieronym. Gratianus conſ. 38. volum 2. Pariſius conſ. 58. n. 56. & conſ. 60. col. 1. volum. 4. Abbas in c. cùm locum, col. 3. de ſponſal. *p* Alexand. III. in c. cùm locum, de ſponſal. *q* Celſus in l. ſi patre cogente, de ritu nupt. idem aſſerit gloſſa verbo, patrem, per text. 6. in c. præſens clericus, 30. q. 1.

oſtendat: *Si patre cogente ducit vxorem, quam non duceret, ſi ſui arbitrij eſſet: contraxit tamen matrimonium, quod inter inuitos non contrahitur maluiſſe hoc videtur.* Id tamen procedit in metu reuerentiali; nam licèt reſpectu reuerentiæ paternæ filius conſentiat, non dicitur ob id metu conſentire, quia metus reuerentialis non eſt cadens in virum conſtantem, niſi minæ & verbera præceſſerint, vt probant Vrbani III. *r* verba illa: *Dolens & inuita, minis parentum impulſa*, & ſignificauit Iuriſconſultus *ſ*, *nec metuere debebat ex hoc ſolo, quòd, mandante patre, manu ſua præſcripſit inſtrumentum*, etſi Celſi verba illa, *quòd inter inuitos non contrahitur*, ita difficillima Ioanni Igneo *t* videantur, vt legenda eſſe affirmet ſine dictione, *non*; vt ſit ſenſus, quòd cùm matrimonium huiuſmodi metu inter inuitos contractum liberum non ſit, nec etiam ipſo iure poſſit conſiſtere, niſi nouo conſenſu, ſaltem tacito, filius ratum habeat huiuſmodi matrimonium; pro quo expendit illa verba, *Maluiſſe hoc videtur.* Quod tamen ſuſtineri non poteſt, cùm illa dictio, *non*, in omnibus codicibus, præſertim in Pandectis Florentinis, inueniatur. Vnde verba, *maluiſſe hoc videtur*, referre debent ad principalem deciſionem, vt ſit ſenſus, quòd licèt inter inuitos non contrahatur matrimonium, nec poſſit conſiſtere, illud tamen, patre cogente per reuerentialem metum contrahitur, validum ſit, quia id maluiſſe videtur qui contraxit *v*.

r Vrban. III. in c. ex literis, de deſpõſat. impub.

ſ Iuriſconſ. in l. fideiuſſor impetrauit, 26. §. pater Seio, ff. de pignor. docet Bart. in l. 1. §. qui onerãdę, ff. quarũ rerum actio nõ detur. ita interpretans gloſſam ibi, verbo, belliſſimè, & ſequitur communis, quam reſoluit Ant. Gomeſius 2. tom. Variarũ, c. 2. n. 27. Couar. 2. p. c. 3. §. 6. num. 4. Meneſius in l. interpoſitas, n. 16. C. de tranſactio. Alex. cõſ. 33. n. 1.

t Ioã. Igneus in l. 3. §. eleganter, n. 116. ff. ad Syllanianum.

v gloſſa fin. in d. l. ſi patre cogente, ibi, *maluiſſe hoc videtur, quàm odium patris incurrere, non autem diras metum adhibitum.*

Ex ſuprà dictis apparet, matrimonium ſpirituale, quod in religionis profeſſione contrahitur, ſi 10

meturcuerentiali fiat, non impediri: nam cùm ſpirituale ęquiparetur *x* carnali, in quo tāta requiritur, quanta in ſpirituali, libertas *y*, quódque ex huiuſmodi metu non fit nullum *z*, nec etiam fiet ſpirituale.

11 Vnde conſtat, erraſſe communem, quam refert Couarruuias *a*, contrarium exiſtimantem, nec intelligentem Ioannem Gloſſatorem *b*, qui cùm intelligat Celſum *c* loqui de metu leui reuerentiali, quo carnale matrimonium contractum fuit, apertè ſenſit ipſe de metu ſeu coactione graui reuerentiali, præcedentibus minis & verberibus, quo non ſolùm ſpirituale, vt ipſe exiſtimauit, ſed & carnale matrimonium nullum fieri certiſſimum eſt, vt ex Vrbano III. *d* ſuprà probauimus. Et de huiuſmodi coactione ſic loquentem Terentium Clementem *e* conſidero: *Non cogitur filiusfamilias vxorem ducere*; necnon Imperatores Diocletianum & Maximianum *f*, *Nec filium quidem familias inuitum ad vxorem ducendam, cogi legum diſciplina permittit.* Sicq; intelligitur illa iuris regula *g*, *Velle non creditur qui obſequitur imperio patris vel domini.* Atque ita nullum diſcrimen in hoc conſtituendum inter vtrumque matrimonium, nec ſolo metu reuerentiali retractādam profeſſionem defendunt Panormit. & alij *h*, licèt Ioannes Igneus *i*, vtroque caſu non bene probare nitatur, ex ſolo metu reuerentiali actum reſcindendum eſſe.

x c.2 & 3. de tranſlat. Epiſcopali, c.ſicut, 7.q 1.
y c.cùm locū, de ſponſal.
z c.veniens, el.2. de ſpōſal.
a Couar. p. c.3.§.6.n.7.
b Ioā. Gloſſat. in c. præſens clericus, verbo, patiē, 20.q 3.
c Celſus in d l. ſi patre cogente, de ritu nupt.
d Vrban III. in c. ex literis, de deſpōſat. impub.
e Terentius Clemēs I.C. in l. non cogitur, de ritu nupt.
f Imperatores in l. nec filium, C. de nuptiis.
g l. velle non creditur, ff. de reg. iur.
h Panormit. in c. cùm virum, de regularibus & tranſeunt. ad relig. Romanus in l. ſi cùm dotem, §. eo autem tempore, ff. ſolut. matr. Præpoſit. in d.c. cùm locum, col.4. de ſponſalib. Felinus & Decius in cap. cauſam matrimonij, de off. delegat. idemque ſenſit Bart. in l.1.§. quę onerandæ, ff. quarum rerum actio non dat. dum allegat c. accedens, de conuerſ. coniugat.
i Ioan. Igneus in l.3.§. elegāter, n.116, ff. ad S.C. Syllanian.

Sed ad metum cadentem in virum conſtantem 12
reuertendo, animaduertere oportet, quòd etſi matrimonia eo contracta nulla ſint ipſo iure, ex defectu conſenſus contractus, tamen ex eo non vitiari ipſo iure *l*, quamuis etiam eorum ſubſtantialis cauſa ſit conſenſus *m*. Cuius ſpecialitatis ratio, omiſſis aliis, quas conſiderant Doctores relati à Couarruuia *n*, ea præcipua eſt, quoniam in contractibus qui patitur metum, ex duobus malis ſibi propoſitis, veluti mortem pati, vel contractui conſentire, eligit minus malum, hoc eſt, conſentire contractui, atque ita in compulſo per metum conſenſus adeſt ad contrahendum, vt poſt Ariſtotelem reſoluunt D. Thomas, & alij *o*. Vnde talis conſenſus apud Iuriſconſultos *p* voluntas coacta dicitur: contrahens enim per metum, ſi credimus Iaſoni *q*, habet in ſuperficie voluntatem, licèt in interiori non conſentiat: quod intelligendum eſt in vi conditionali, ſecus in præciſa, vbi dicitur quis pati potiùs quàm agere *r*.

Matrimonia autem cùm perpetuam vitæ con- 13
ſuetudinem inducant *ſ*, adeò vt ſemel contracta, poſteà retractari non poſſint *t*, ſi metu contracta valerent, triſtes atque infelices exitus *v* ſequerentur ex eis, & ideò à primitio annullari optimũ fuit. Quapropter in ipſis non ſufficit voluntas coacta, quæ ex metu procedit, ſicut ſufficiens eſt in cæteris con

l. ſi vi vel metu, C. de iis quæ vi. text. per arg. ab ſpeciali in l. ſi mulier, 21. §. ſi dos, & §. ſi metu coactus, ff. quod met. cauſa.

m l. conſenſu, l. obligationum ſubſtantia, l. in quibuſcũque de oblig. & actio. l. 1. in fine, de contrahen. emp. l. 1. ff. locati, l. 1. mandati, l. 1. §. cõuentionis, verſ. adeò, de pactis, l. contrahitur. 4. verſ. ſicut, de pignoribus, cum aliis.

n Couar. 2. p. c. 3. § 4. 5. & 6. & in c. quamuis pactum, 1 p. §. 4 n. 2.

o D. Thom. in 4. diſt. 27. q. 1. col. 3. & ibi Scotus.

p d. l. ſi mulier, §. metu coactus, et l. 2. l. ſi priuatus, 27. in prin. ff. qui & à quibus manumiſſ. cap. meritò, 15 q. 1.

q Iaſo. in l. rem quæ nobis, n. 2. de acquir. poſſ. *r* c. ſacris, de iis quæ vi, cap. maiores, §. item quæritur de Baptiſmo, docet Mantica lib. 1. de coniecturis, tit. 3. n. 2. & ſequentibus. *ſ* l. 1. de ritu nup. §. 1. Inſt. de patria poteſt. c. illud, de præſumptio. l. 1. tit. 2. p. 4. cũ aliis iuribus. *t* c. quantò, de diuortiis. & docet Speculator tit. de reſti. in integr. *v* c. requiſiuit, de ſponſal. cum ſimilibus.

contractibus, in quibus ſuprà dictas rationes ceſſare videmus.

14 Vnde recipit interpretationem Alex. Imperatoris reſcriptum *x*, ex quo alienationē domus per vim factam irritam eſſe conſtat: id enim intelligi debet non ipſo iure ſed per actionem quod metus cauſa: nam irritum in iure dicitur, quod ex ſuperuenienti cauſa infirmatur vel rumpitur *y*, & ſic verbum *irrita*, exponunt gloſſa & Doctores, id eſt irritanda ſecundùm ſubiectam materiā, cui ille textus ſubiacet.

15 Vnde etiam interpretatio communis ad illa verba Pauli *z*, *Si dos metu promiſſa ſit, non puto naſci obligationem, quia eſt verißimum, nec talem promißionem dotis vllam eſſe*, ſcilicet ſpeciale eſſe ibi promiſſionē dotis metu factam ipſo iure vitiari, ſpecialitatiſq; rationes à Barboſſa *a* improbantur, qui optimè eundem locum interpretatur, affirmans ſecūdùm rigorem literæ dotem ibi fuiſſe promiſſam, nō expreſſa certa quantitate, quo caſu ſi nihil ſubintelligamus, vitiatur incerta promiſſio *b*, aut ſi certa quantitas ſit conſtituenda arbitrio boni viri iuxta formam Papiniani *c*, ſimiliter tunc vitiabitur promiſſio, quia nullus bonus vir arbitrabitur ſolui ea, quæ propter metum promiſſa ſunt *d*.

16 Similiter etiam, quod ex alio eiuſdem Pauli *e* loco conſtat, metum carceris contractum feciſſe nullum. Hoc quidem ex eo procedit, quòd carceris detruſio fuerit iniuſta, & vltra metum dolus & calliditas adfuit illius qui detrūſit, vt notant Ioannes Gutierrez, & alij *f*.

x Alex. in l. 1. C. de reſcind. vēdit.

y §. alio quoque modo, Inſt. quibus mod. teſtam. infirment.

z Paulus in l. ſi mulier, §. ſi dos, ff. de eo quod met. cauſa.

a Barboſſ. 2. p. 5. Rubricæ n. 28. & 31. ff. ſolu. matr.

b l. triticum, 94. ff. de verborū oblig.

c Papinia. in l. cum poſt, 69. §. gener, ff. de iur. dot. & Imper. in l. 3. C. de dotis promiſſ.

d l. 1. ff. de eo quod met. cauſa.

e Paul. in l. qui in carcerem, 22. ff. de eo quod met. cauſa.

f Ioan. Gutier. de iurament. confirmat. 1. p. c. 57. n. 21. Oldradus, conſ. 7. & facit clem. 2. de pœnis.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

De matrimonio per iuramentum metu extortum, contracto.

SVMMARIVM.

1. *IVramentum metu graui extortum non eſſe nullum ipſo iure, ſed ab eo expectandam abſolutionem.*
Iuramentum contractui inualido adiectum, eum confirmare.
Iuramentum matrimonio metu contracto adiectum non ſolùm non cõfirmare eum, ſed & ipſum nullius momenti eſſe ipſo iure.
Iuramentum ſortitur naturam actus cui apponitur.
Exceptio non numeratæ pecuniæ an poßit opponi contractui iurato.
Deficiente conſenſu in matrimonio, deficere quoque in iuramento adhibito.

2. *Traditur interpretatio ad Alex. III. in c.2. de eo qui duxit in matrim. & paſſim alia iura explicantur.*

3. *Referuntur verba D. Auguſtini relata in c. inter cætera, 22.q.4. & traditur vera eorum interpretatio.*

ETſi iuramentum metu graui præſtitum non ſit ipſo iure nullum, ſed ab eo (ex communi Doctorũ ſentẽtia *g*) expectari debeat abſolutio, cùm obligatio ſit apud Deum, qui teſtis intercedit *h*, quódque abſque metu adiectum contractui inualido & prohibito, principaliter propter priuatam vtilitatem, 1

g Doctores per textum c ſi verò, 8. de iureiurãdo. & fatetur Imola in c. verum, eod. tit. notantq́; D. Thomas & Caiet. 2.2. q.89. art.7.
h c. debitores, c. verum, 15. vbi Doct. de iureiuran.

tem, ipſum contractum confirmare teſtentur Ioannes Andreas, Dominicus Francus, & alij *i*, vt contingit in alienatione rei dotalis vel contractu minoris, matrimonium tamen non ſolùm non validat, ſed & iuramentum adeò nullius efficitur ipſo iure momenti, vt nec ab eo ſit abſolutio neceſſaria *l*: nam cùm hoc ſortiatur naturam primordialem actus cui apponitur, eiuſque conditiones ſequatur *m*, adeò vt exceptionem non numeratæ pecuniæ opponi poſſe contractui etiam iurato Fortunius *n* aſſerat, quia ea exceptio non tantùm contractus, ſed ipſius iuramenti propria eſt, ſi adhæreat coniugio, in quo ex ipſius natura & primordio libertas conſenſus requiritur, ita habet illam conditionem, *ſi liber conſenſus interueniat*, ſicuti ipſe coniugalis contractus. Vnde cùm liber conſenſus deficiat in matrimonio metu contracto, deficit quoque in iuramento adhibito, ſicque nullum eſt iuramentum ipſo iure *o*, nec ſupplere poteſt defectum conſenſus *p*.

2 Ex quo Alexander III. *q* reſpondit, eum, qui poſt matrimonium metu contractum & iuratum aliam duxit, cum ſecunda validè contraxiſſe, cum eaque liberè permanſurum inualidato priori matrimonio; nec aliqua pœna adiecta fuit pro iuramenti fractione, quia nullius erat momenti, nec relaxatione indigebat: aliàs enim ſi huiuſmodi iuramentum obligaret, aliquam Eccleſia pœnitentiam impone-

i Ioan. Andr. Dominicus, & alij, in c. quamuis pactum, ſuper gloſſa verbo, nõ vi, de pactis in 6. Baldus in c. 2. de iureiurau. Corneus in Auth. Sacramenta puberum, col. penult. & fin. C. ſi aduerſùs vend. & ibi Iacobinus col. 1. Fortunius Garcia de vl. fine, illat. 22. col. 6.

l tenet gloſſa verbo, tanta vis, in c. 2. de eo qui duxit in matri. & ibi Abbas n. 5. Iaſo in l. Titia, n. 6. de verborũ obli. Pariſius cõſ. 60. n. 11. & conſ 62. n. 63. volum. 41. Syluester in Summa, ver. matrimoniũ, 8. q. 11. dicto 8.

m l. fin. C. de non numerat pecunia. quam Abbas ſingularem putat in c. cùm omnes, col. penult. de conſtitutio. eamque procedere iure canonico, abſque iuramenti abſolutione optimè probat Fortunius in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis. *n* Fortunius in d. §. pactus ne peteret, n. 15 *o* tenet gloſſa verbo. tanta vis, per text. 6. in c. ſignificauit, de eo qui dux. in matrim. *p* notant omnes in c. fin. de procurator. in 6. *q* Alex. III. in c. 2. de eo qui duxit in matrimonium.

ret, ſicut pro ſponſalibus iureiurando ſtabilitis, & per matrimonium cum alia contractum irritis, fecit; vt ex Innocentij III. r verbis huiuſmodi conſtat: *Et impoſita ei pœnitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit.* Et expreſsè Cæleſtinus III. ſ iuramentorum metu extortorum violatoribus imponendam aliquam pœnitētiam (quamuis mitiorem) aſſerit. Igitur cùm in ſpecie ab Alexandro propoſita nulla imponatur pœnitentia fractori prioris iuramenti metu extorti, ſed liberè permanſurum in poſteriori matrimonio decernatur, apertè conſtat, nec ipſum obligare, nec aliqua relaxatione vel abſolutione indigere.

r Innocentij III. in c. ſicut, de ſponſalibus.

ſ Cæleſtinus III. in c. verum, de iureiuran.

Vnde etiam intelliguntur verba Auguſtini t, quę de Hubaldo, qui iurauit ſe non miniſtraturum neceſſaria matri & fratribus, ſic Seuero Mileuitano Epiſcopo ſcripſit: *Inter cætera, vt rogaueras, à patre noſtro Ambroſio quæſiui, quid tibi chariſſime agendum ſit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore neſcis impulſus, ſuæ concubinæ iuramento firmauit ipſam in coniugem ſuſcipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impendere. Quia verò, quam priùs concubinam habuerat, non eſt peccatum in coniugem ſuſcipere, matrimonium ſit in Deo firmum & ſtabile. Porrò iuramentum non ob hoc fuiſſe inſtitutum inuenitur, vt eſſet vinculum iniquitatis, vel matricidij, vel fratricidij, ſeu cuiuſcumque criminis. Nec credo Sacramentum ad hoc debere fieri, vt iniuſta iuratio ſuorum bonorum ſit iniuſtè iurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio. Periurij namque percutitur pœna, & velut homicida in*

t Auguſt. relatus in c. inter cætera, 22. q 4.

extremo examine à iuſto iudice degrandinabitur; per quem ſacroſanctum Euangelium ad iniuſtum & illicitum, & Deo minimè amabile, quaſi teſtimonium iuſtæ & humanæ petitionis adducitur. Foueat itaque Hubaldus matrem & fratres, & lugeat, ſi coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri, &c. Quibus verbis non dubitatur, an matrimonium metu contractum fuerit firmum, nec de iuramenti vinculo, quo ad matrimonium, vt falsò exiſtimauêre aliqui *v*, quorum interpretationes ad hunc locum reprobat Couarruuias *x*. D. namque Auguſtinus conſultus fuit de Hubaldo, qui metu coactus à conſanguineis ſuæ concubinæ iureiurando ſpopondit, ſe eam ducturum, ac negaturum neceſſaria alimenta matri & fratribus. Et ſic duo præcipuè ibi tractantur; primum, an iuramentum metu præſtitum de ducenda concubina in vxorem ſit licitum: ſecundum, an iuramentum de non alenda matre & fratribus ſit etiam iuſtum & honeſtum. Ad primum reſpondit Auguſtinus, licitum eſſe, & matrimonium in Deo firmum & ſtabile. Cuius rei ratio dubitandi inſurgebat ex tot flagitiis in ipſa contractus promiſſione commiſſis, & quia illa fuerat promittentis concubina, vt conſtat ex eiſdem verbis, ibi, *Quia non eſt peccatum, eam, quam priùs in concubinam habuerat, poſteà in vxorem accipere.* Vnde ibi, vt optimè ſenſit Couarruuias *y*, poſt promiſſionem metu factam matrimonium fuit liberè cõtractum. Et dubitabatur, an ille qui iurauit, poſſet matrimonium cum concubina contrahere, non, an teneatur ex illa coacta promiſſione. Ad ſecundum verò huiuſmo

v gloſſa verbo, matrimonium, in d.c. inter cætera, & in c. 2. verbo, coactus, de iis quæ vi.

x Couar. 2. p. c. 3. §. 5. n. 3.

y Couar. vbi ſuprà.

iuſmodi iuramentum, vtpote iniquitatem continens, ſiquidem ad matricidium & fratricidium, erat interpoſitum nec eſſe licitum, nec iuſtum reſpondit, hancque veram & neceſſariam expoſitionem ad verba Auguſtini affirmat Fortunius *z*, quem ſequuntur Couarruuias, & alij *a*.

z Fortunius de vlt. fine il lat. 21. col. 8. n. 407.

a Couar. vbi ſuprà Thom. ſanches 1. tom. de matrim. lib. 4. diſput. 20. q. 3. n 13.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

De pœna in nuptijs contrahendis adiecta.

SVMMARIVM.

1. POEna, vtpote libertatem nuptiarum impediens, ab eis reijcienda.

Violans fidem ſponſaliorum nullo iure tenetur ſoluere pœnam.

2. Pœnam reijciendam eſſe non ſolùm cùm per ipſos contrahentes, ſed etiam quando inter eorum parentes & conſanguineos ea apponitur.

3. Pœnæ promiſſionem nec iureiurando firmari.

Pœna propter publicam vtilitatem interdicta.

Reipublicæ intereſt libera eſſe matrimonia.

4. Non ſolùm pœna, quæ in proprio patrimonio minuendo, ſed etiam quæ in lucro non acquirendo conſiſtit, reijcienda.

5. Pœna nuptijs adiecta quando valida ſit? & explicatur c. de illis, de cond. apponit.

6. Explicatur Celſus in l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti, 97. §. ſi tibi nupſero, de verborum obli.

7. Arrharum promiſſio in nuptijs permiſſa, & aſſignatur diſcrimi

criminis ratio inter pœnæ & Arrharum promiſsionem. Faciliores ſunt homines ad promittendum, quàm ad tradendum, & referunt verba Martialis lib. 10. Epigramma. 16. in Caium.

1 SVPERIORIBVS proximum eſt agere de pœna quę connubiali contractui adiici ſolet, quæ quidem cùm liberrimum conſenſum in nuptiis ſæpe requiſitum impediat, ſi illa apponatur irrita prorſus erit, nec vllo modo erit nuptiis impedimento, ita vt nullo iure, nullóq; foro fidei violator eam ſoluere teneatur *b*, quia matrimonij libertati ſemper conſuli oportet, ne timore ſoluendæ pœnæ coactè ineatur, vt huiuſmodi verbis oſtendunt Imperatores Leo & Anthemius *c*, *cùm in contrahendis nuptijs libera poteſtas eſſe debeat*, & aliis ſimilibus Gregorius IX. *d cùm itaque libera matrimonia eſſe debeant*, &c.

2 Quod veriſſimum eſt non ſolùm dum per ipſos contrahentes pœna apponitur, ſed etiam quando inter parentes, vel eos qui ipſos ſponſos ita iure ſanguinis attingunt, vt vero ſimile ſit eos ad matrimonium induci, ne pœnam conſanguinei ſoluant *e*.

3 Quinimò nec iureiurãdo huiuſmodi pœnæ promiſſionem firmari, magis vera & probabilis eſt ſententia, cùm talis promiſſio, ſi credimus Iaſoni *f*, propter publicam vtilitatem interdicatur, quæ priuatorum pactionibus derogari non poteſt *g*, & Rei-

I

b c. Gemma, de ſponſal. l. Titia, 134. de verborum obl. l. fi. C. de ſpõſal. l. 39 tit. 11 p. 5.
c Imperatores in d. l. fi. C. de ſpõſal.
d Greg. IX. in d. c. Gemma, eod. tit.
e probat tex. in d. c. Gẽma, dum, ver. pœna à parentibus ſpõſorum conſtituta annullatur, & ita tenet gloſſa verbo, matrimonia, in d. l. Titia, in prin. de verborum, oblig. vbi Bart. nu. 1. Imola n. 4. Iaſo 12. Alciatus 10. Ioan. Andr. in d. c. Gẽma, nu 2. & 9. & ver. Hoſtienſis Abbas n. 9. Præpoſitus, nu. 7. Benedictus in c. Raynutius, verbo, qui cum alia, nu. 98. de teſtamentis. Couarr. 2. p. c. 3. §. 7. n. 5. Greg. in l. 39. verbo, *quierem*, tit. 11. p. 5. Marienſo in Rubr. tit. 2. lib 5. recopil, gloſſa 2. num. 2. Aceuedo in l 2. n. 3. eodem tit.
f Iaſ. in d. l. Titia, in prin. n. 17. in fine, de verb. oblig.
g c. ſi diligenti, de foro compet. l. Iuriſgentium, §. ſi paciſcar, de pactis.

publicæ maximè intersit, libera eſſe matrimonia, ne ex coactis iurgia, diſſentiones, mala liberorum educatio, & peſſimi exitus ſequatur? Quod optimè Lucius III. *h* paucis his verbis ſignificauit: *Cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.*

4 Et habet locum ſupra dictum axioma non ſolum in pœna, quæ in proprio patrimonio minuendo conſiſtit, ſed etiam in lucro non acquirendo, veluti, *Promitto tibi centum, ſi mecum contraxeris matrimonium i*, quia libidinis intuitu præſumitur, promittentem inducere alterum ad matrimonium.

5 Vnde ſi ceſſet turpitudinis præſumptio, erit valida huiuſmodi pœnæ promiſſio, vt ſi vir promittat fœminæ ſecum ea contracturum, ſi centum ipſa ei dederit, quia intelligitur dotis cauſa: in dubio enim (vt inquit Couarruuias *l*) libidinis cauſa præſumenda non eſt. Sed ſi vir vxori promittat, non eſt cur non præſumatur cauſa libidinis, niſi vir ignobilior aut ſenior ſit, & ita in iuuentutis aut nobilitatis compenſationem promittat. Sicq; in iure *m* noſtro expreſsè videmus illam conditionem, *Contraham tecum, ſi certam quantitatem donaueris*, ſuſpendere ſponſalia, ita vt ſi nō adimpleatur, minimè obligare poſſit; quod ſanè procedit ex eo quòd iuſta ſubſit promittendi cauſa: aliàs enim ex notiſſimis iuris regulis *n* reiicienda foret.

6 Ex quo denegandam actionem ex illa ſtipulatione, *ſi tibi nupſero decem dare ſpondes*, Celſus *o* reſpondit, quia conditio fuit reprobata ex defectu iuſtæ cauſæ, vt docent Panorm. & alij *p*.

h Lucius III. in c. requiſiuit, de ſpōſal.

i l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti, 97. §. ſi tibi nupſero, de verb. oblig. & docet ibi Bart. Abbas, Anchar. & Præpoſitus, in d. c. Gēma, de ſponſal. n. 7 8. & 9. Couarruuias d. c. 3. §. 3. n. 2.

l Couar. vbi proximè.

m c. de illis, de condit. appoſit.

n c. ſi. eod. tit.

o Celſus in l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti, §. ſi tibi nupſero, de verb. obl.

p Panor. Præpoſitus, & Couar. vbi ſupr. Imola in d. l. Titia, n. 4. de verborum obl. Ioan. Lupus in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. notabili 3. §. 21. n. 1. & 2.

Diuer

7 Diuerſum autem in arrhis obſeruari conuenit, quæ quidem in nuptiis ità permittuntur apponi, vt per ſponſaliorum fidei violatorem amittantur *q.* Cuius diſparitatis ratio, ex iis quæ à noſtris iuris Profeſſoribus ſolent aſſignari, ea in frequentiorem vſum recepta & magis probata eſt, quòd cùm non ſtatim pœna tradatur, ſed in futurum promittatur, faciliùs & minùs cautè in magna quantitate eius promiſſio fit; quod non procedit in arrhis, quę cùm re ipſa ſtatim & in ipſa ſponſaliorum contractione tradi debeant, in minori quantitate & cum conſilio maturiori earum traditio fit, nec tantus ſuberit timor amittendi arrhas ſeu donationes propter nuptias iam traditas, quantus ſoluendi pœnam promiſſam: faciliores enim ſunt homines ad promittendum, quàm ad tradendum. Vt Caij facilitatem in promittẽdo ſic Poëta Hiſpanus *r* iocari potuerit:

q l. arrhis, l. fin. C. de ſponſal. l. 1. tit. 11. p. 4. l. 84. tit. 18. p. 3.

r Martialis lib. 10. epigram. 16.

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai,
Vincam te donis, muneribúſque meis.
Accipe Callaicis quicquid fodit Aſtur in aruis,
Aurea quidquid habet diuitis vnda Tagi.
Quidquid Erythræa niger inuenit Indus in alga,
Quidquid & in nudis vnica ſeruat auis.
Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aëno,
Quidquid habent omnes, accipe, quomodo das.

Vnde in Prouerbium abiit, *Facile eſt, alienis promiſſis diteſcere.* Et faciliùs ſolutum amittere, quàm denuò ſoluere. Et ſic grauior in pœnæ ſolutione, quàm in arrharum amiſſione timor conſideratur, qua ratione hæ permittuntur, illa autem prohibetur.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

De conditionibus aduerſus ſubſtantiam connubialis contractus.

SVMMARIVM.

1. Matrimonij ſubſtantiam in conſenſu ad coniugalem ſocietatem conſiſtere remiſſiuè.

Conditiones aduerſus tria bona matrimonij, ipſum vitiare.

2. An huiuſmodi conditiones, de præſenti vel præterito vitiēt matrimonium.

Conditio de præſenti vel præterito, non eſt propriè conditio.

3. Modum aduerſus coniugij ſubſtantiam ipſum cōtractum vitiare remiſſiuè.

4. Matrimonium, cui adijcitur conditio actus ſubſtantiæ, vel tribus bonis contraria, nullam vim habet etiam ſequuta copula.

Quando cenſeatur à conditione receſſum per copulam ſubſequutam.

5. Conditiones aduerſus bona prolis & vinculi licèt honeſtæ ſint, matrimonium vitiant remiſſiuè.

Matrimonium inter ſacratiſſimam virginem Mariam & Ioſeph cum voto continentiæ perpetuæ validum & perfectum.

6. Votum caſtitatis vel religionis in initio contractus connubiali, ipſum vitiare, ſecus quando contingit poſt contractum matrimonium.

7. In

7. Intellectus ad gloſſam fin. in c. de infidelibus, de conſanguinit. & affinitate.

8. Conditionem contractibus adiectam contra eorum ſubſtantiam reijciendam, actuſque valere, & traditur interpretatio ad Celſum in l. cùm precariò aliquid, 12. ff. de precario.

Pactum ne poſſit precarium quandocunque reuocare, eſſe contra precarij ſubſtantiam.

Conditio aduersùs ſubſtantiam contractus initio actus reſiſtens, ipſam annullat, ſecus quando non repugnat in initio.

9. Conditionem habendi proprium in monaſterio annullare profeſſionem.

10. Conditio manendi domi cum omni ſubſtantia non vitiat profeſſionem & explicatur c. fin. qui clerici vel vouent. &c.

11. Intellectus ad c. Diaconi, 28. diſtinct.

12. Conſecrationem & dotis conſtitutionem Eccleſiæ factam, ſub conditione, quæ Epiſcopum ab eius cura excluderet, valere ſublata conditione.

1 CVM omnis matrimonij ſubſtãtia conſiſtat in conſenſu ad ſocietatem coniugalem (vt latè diximus) ſub quo tacitè includitur, ad perpetuam vtriuſque coniugis ſocietatem & ad fidem mutuam ſibi ſeruandam, prolémque ſuſcipiendam, quæ tria ſunt matrimonij bona *ſ*, conditiones his aduerſantes totam matrimonij ſubſtantiam deſtruere, ipſumque contractum vitiare his verbis Gregor. IX. *t* oſten-

ſ c. omne, 27. q. 2.
t Greg. IX. in c. fin. de condit. appoſit.

dit; *Si conditiones contra ſubſtantiam coniugij inſerantur, putà ſi alter dicat alteri: Contraho tecum, ſi generationem prolis euites, vel donec inueniam aliam honore & facultatibus ditiorem: aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradas, matrimonialis contractus, quantumcunque ſit fauorabilis, caret effectu.* Et Auguſtinus v: *Cæterùm* (inquit) *ſi vel vtrumque, vel vnum horum deſit, non inuenio quemadmodum has nuptias appellare poſſimus: etenim ſi aliquam ſibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus vel facultatibus ſuis inueniat, quam comparem ducat, animo ipſo adulter eſt, nec cum illa, quam cupit inuenire, ſed cum iſta, cum qua ſic cubat, vt cum ea non habeat maritale conſortium.* Necnon Eliphonſus IX. x Rex Caſtellæ conducit ſic: *Si alguna deſtas condiciones fue pueſta, non vale nada el deſpoſorio nin el caſamiento enque la puſieren.*

Verificatur autem hæc concluſio in conditioni- 2
bus de futuro tam actus ſuſpenſiuis quàm reſolutiuis: nam ſi de præſenti vel præterito aliqua nuptiis adiiceretur conditio, valeret; eaque verificata extiterent quoque nuptiæ, deficiente verò, & ipſæ non ſuſtinerentur, quia huiuſmodi conditio nec actum ſuſpendit, nec propriè, vt teſtatur Vlpianus y, conditio eſt.

Nec tantùm conditionem, ſed & modum con- 3
nubio adiectum aduersùs ipſius ſubſtantiam, contractum vitiare docent Paludanus, & alij z; modus enim contractui ineſt cui adiicitur, nec pactum à contractu ſeparatum inducit.

Nec refert, vt ſuprà dicta procedant, an copula 4
ſubſe

v D. Auguſt. lib. de bono cõiugali, c. 5.

x Eliphonſus IX. Rex Caſtellæ, in l. 5. tit. 4. p. 4.

y Vlp. in l. inſtitutio talis, de condit. inſti. & facit lex cùm ad præſens, ſi certum pet. gloſſa in l. ſi ſic, §. 1. verbo, demonſtrationẽ, de leg. 1. docent Socinus, Iaſo, & Decius in d. l. cùm ad præſens, & quos refert Thom. Sanchez de matrím. 1. tom. lib. 5. diſp. 9. n 9.

z Palud. in 4. diſt. 29. q. 2. art. 3. relatus à Syluest. ver. marrimonium, 3. §. fin. & notat Decius in Authent. ingreſſi, C. de SSS. n 23. & probatur in l. per ſeruũ, de vſu & habitat.

ſubſequatur quando matrimonium contrahitur, adiecta cõditione actus ſubſtantiæ vel tribus bonis contraria, quia nec tunc valet actus, nec vim ſponſaliorum habet, nec coitus potens eſt ad inducendam matrimonij præſumptionem, vt docet communis *a*, quam Adrianus *b* probat: nam licet ſequuta copula cenſeatur à conditione receſſum *c*, hoc fit quando actus valuit inconditionalis.

5 Sed licet conditiones, quæ aduerſus bona prolis & vinculi adiiciuntur, etiamſi honeſtæ ſint (veluti perpetuæ caſtitatis, & continentiæ, vel religionis) ipſum contractum vitient, (vt teſtatur Couar. *d*) qui Paludanum contrarium exiſtimantem ex eo reprobat, quòd conditio caſtitatis vel perpetuæ continentiæ, licet honeſta ſit, cùm tamen coniugij ſubſtantiæ aduerſetur, quæ in conſenſu ſaltem tacito ad carnalem copulam, & in explicito ad cohabitationem coniugalem conſiſtit, huiuſmodi conditionis adiectio conſenſui ipſi repugnat, quia in pactum deducitur iſthæc cõtinentia *e*, matrimonium tamen inter ſacratiſſimam Virginem Mariam & Ioſeph, cum voto continentiæ perpetuæ contractum, fuit validum, perfectum, & perpetuum, iuxta illud Auguſtini *f*: *Propter quod fidele coniugium parentes Chriſti vocari ambo meruerunt, non ſolùm illa mater, verùm etiam ille pater eius, ſicut coniux matris eius, vtrumque mente, non carne.* Non enim ſanctiſſima Virgo caſtitatem in conuentionem deduxit tempore coniugij (quamuis diuinitùs certa eſſet Ioſeph in eodem eſſe caſtitatis & continentiæ propoſito) ſed ſimpliciter

a communis in d. c fin. de condit. appoſit.
b Adrian. in 4. de matrim. q. 5.
c c. de illis, c. per tuas, c. ſuper eo, de cond. appoſit.
d Couar. c. 3. §. 1. n. 3.
e Abbas in c. commiſſum, de ſponſal, D. Thom. in 4. diſt. 28. q. fin. in fine. Adrian. q. 6. de matrim. Sylueſt. ver. matrimonium, 4. q. 6.
f D. Auguſt. de nuptiis & cõcupiſcentia, lib. 1. c. 11.

citer matrimonium contraxit. Et licèt certiſſimum
ſit, anteà vouiſſe virginitatem, conſenſit tamen in
coniugalem cohabitationem, & implicitè in omnia
ea quæ ad matrimonium ſpectant, nec ex hoc ſe-
quitur Virginem ſacratiſſimam in carnalem co-
pulam expreſsè conſenſiſſe: id enim virginitati re-
pugnaret; implicitè tamen conſenſit non in actum
copulę, ſed in potentiam, quem quidem conſenſum
minimè eſſe contrarium virginitati ſatis ex D. Au-
guſtini & aliorum locis *g* conſtat.

Quo fit, vt licèt votum caſtitatis vel religionis 6
in initio contractus ipſum vitiet *h*, ſi tamen contra-
cto iam matrimonio contingat ex vtriuſque coniu-
gis conſenſu minimè illud annullet, & ſic poſt con-
iugium contractum poterunt expreſsè coniuges
continentiam vel religionem vouere *i*, nec ex
hoc irritum matrimonium fiet, licèt à principio hu-
iuſmodi votum nec in pactum deduci, nec expli-
cari poſſit, vtpote contrarium ipſi actui contractus.

Vnde recepta eſt à D. Thoma & Couarruuia opi- 7
nio Bernardi Gloſſatoris *m*, aſſerentis etiam inter
Paganos pactũ de mittendo libello repudij irritum
facere coniugalem contractum, ex eo quòd cùm
aduerſetur vinculo perpetuæ communitatis & ſo-
cietatis, etiam inter Paganos libellus repudij nullo
modo permittebatur, quamuis Abbas & Præpoſi-
tus *n* contrarium teneant.

Sed licèt hæc circa matrimonialem contractum 8
procedant, in cæteris contractibus locum non ha-
bebunt; ſed quoties eis aliqua adiicitur conditio,

g D. Auguſt. relatus in c. Beata, 27. q. 2. D. Thom. in 4. diſt. 30. q. 2. art. 1.

h c. 1. c. rurſus, qui cleri. vel vouẽt.

i c. quòd Deo pari, 33. q. 5. D. Auguſt. in epiſtolas ad Ediciam, & notãt gloſſa, Abbas, & alij in c. tua nos, de iureiuran. idem Abbas in c. 1. de cõuerſ. coniugat. & in c. veniens; de regularibus.

l D. Thom. in 4. diſt. 39. q. 1. art. 3. ad 5. Couar. 2. p. c. 3. §. 1 n. 5.

m Bernard. gloſſa fin. in c. de infidelibus, de conſanguinit. & affinitate.

n Abbas & Præpoſitus in d. c. de infidelibus.

actus ſubſtantiæ repugnans tollitur, ſublataq; ſuſtinetur actus, vt eleganter Celſus *o* docet, dum ex pacto, *ne poſſit precarium quãdocunque reuocari*, ipſum non vitiari reſpondit: & tamen huiuſmodi pactum contra precarij ſubſtantiam eſſe conſtat *p*. Cuius diſcriminis rationem tradit Couarruuias *q*, ſcilicet conditionem contra ſubſtantiam actus tunc actum annullare, cùm reſiſtit in illius initio, quia repugnat conditio illi qualitati, ſine qua actus initium capere non poteſt; veluti ſi repugnet conſenſui ad matrimonium requiſito, ſine quo initium capere nequit ipſum, vel bonis eius: nam tunc conditio huic qualitati repugnans vitiat ipſum actum *r*, at conditio, ne poſſit precarium quandocunque reuocari, non repugnat actus initio, quia ex ea non tollitur conſenſus neceſſarius ad contractum precarij, ſed eſt contra quandam actus qualitatem, & ſic ea reiecta actus ſuſtinetur, vt contingit in teſtamento facto cum pacto vel clauſula non reuocandi: nam reiecto pacto, ſuſtinetur teſtamentum, quia non eſt contraria actus initio, cùm minimè repugnet conſenſui, qui ad teſtamenti valorem deſideratur, ſed cuidam eius qualitati, cuius hoc proprium eſt, vt mutari reſcindíque liberè valeat à teſtatore *ſ*.

9 Ex quibus infertur, ad matrimonium ſpirituale, quod per religionis profeſſionem contrahitur, conditionem habendi propriũ in monaſterio, ex communi opinione *t*, à Bartolo, & aliis *v* ſequuta, an-

K

o Celſus in l. cùm precariò aliquod, 12. ff. de precario.

p c. fi. de precariis.

q Couar. d. c. 3. §. 1. nu 12. ſequitur Tho. Sãchez de matrim. 1. tom. lib. 5. diſputat. 9. n. 14.

r l. obligationum ſubſtantia, de obli. & actio. l. Diuus, §. cæterùm, de teſtam. milit.

ſ l. ſi quis in principio teſtamenti, de leg. 3. l. nemo poteſt de leg. 1.

t Commun. ſecundùm gloſſam 1. in c. fi. de cond. appoſit. & in c. 2. verbo, adminiſtrationem permiſſum, de ſtatu monachorum & in l. per ſeruum, §. 1. verbo, inutile, de vſu & habitat. Calderinus, Cardinalis, & Abbas in d. c. fi. Aretinus in l. 1. §. ſed ſi mihi, de verborum obl. col. 2. & 3 Decius in Authent. ingreſſi, num 22. C. de SS. S. Adrianus in 4. de matrim. per textum à contrario ſenſu in c. dudum, de conuerſ. coniugat.

v Bart. conſ. 3. volum. 1. col. penult. Alciat. in d. §. ſed ſi mihi, nu. 19. Couar. d. c. 3. §. 1. n. 11.

nullare profeſſionem, quia eſt contra illius ſubſtantiam *x*, vtpote paupertatis voto repugnans.

10 Vnde etiam conditio manendi domi cum omni ſubſtantia, de qua Innocentius III. *y* non vitiat profeſſionem, quia non eſt contraria eius ſubſtantiæ: ſi quidem quo ad vſum, non quo ad proprietatem profitens bona iam acquiſita retinere intendit *z*.

11 Deducitur etiam intellectus ad conſtitutionem Ancyranæ Synodus *a*, dum valere ſacrum ordinem alicui collatum reiecta proteſtatione, ſeu illa conditione, *vt poſſit vxorem ducere*: quinimò, etſi ordinatus matrimonium contraxerit, non vitiari ordinem conſtituit; quæ quidem ex eo procedit quòd huiuſmodi conditio non ſit contra ſacri ordinis ſubſtantiam, ſed contra Eccleſiæ præceptum, cùm iure diuino nõ teneatur ſacro ordine præditus à coniugio ſe abſtinere, ſed ex Eccleſiæ conſtitutione, & iure poſitiuo.

12 Hacq; ratione Eccleſiæ conſecrationem, dotiſq; conſtitutionem valere dicunt Panormitan. & alij *b*, ſublata conditione, quæ Epiſcopum ab eius cura excluderet, quod ſatis conſtat ex Toletano Concilio *c*, quia prædicta conditio actus ſubſtantiæ non repugnat, quamuis iis refragetur quæ à iure circa illius conditiones ſtatuta ſunt *d*.

CAPVT

x c. cùm ad monaſteriũ, in fine, de ſtatu monachorum.

y Innocẽtius III. in c. fi. qui clerici vel vouent.

z Sic intelligitur gloſſa in Authent. ingreſſi, C. de SSS. & in c. ſolet. 32. q. 2.

a Cõſtitutio Ancyranæ Synodus, ca. 10. aliàs, 9. relata in c. diaconi, 28. diſt.

b Panor. in c. requiſiſti, col. penul. de teſtam. & in c. nobis, de iure patron. & poſt Innocentium in c. in Lateranẽſi, de præbẽd. Felin. in c. cùm venerabilis, n. 33. de except. Bart. in l. quoties, §. fin. ff. de admin. tutor.

c Toletan. Conc. III. c. 19. refertur in c. 2. 10. q. 1. vbi notat gloſſa.

d Panorm. & cæteri in c. fi. de cond. appoſit.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

De impoſſibili conditione.

SVMMARIVM.

1. Conditio impoſſibilis ex ſua natura diſſenſum indicat.
Conditio natura impoſſibilis, fauore matrimonij reijcitur ab Eccleſia, ſicut fauore vltimæ voluntatis à iure.
Purè cenſentur cõtrahere qui ſub impoſſibili conditione, quam ſciunt ab Eccleſia reijci, matrimonia contrahunt.
2. Conditio poßibilis à natura, ex accidenti tamen impoßibilis, non reijcitur à matrimonio.
3. Conditio impoßibilis ex accidenti an reijciatur ab vltimis voluntatibus, & referuntur verba Iuliani & aliorum Iuriſconſultorum, & explicantur.
4. Reſponſa Iuliani & Alfeni ad matrimonium extendenda.
5. Conditiones iure impoßibiles à matrimonio reijciendæ, ſicut ab vltimis voluntatibus.
Impoßibile dicitur quod de iure fieri non poteſt.
6. Verus intellectus ad Clementinam vnicam, de conſanguinit. & affinit.
7. Conditiones impoßibiles de facto an reijciantur à matrimonio, & approbatur Gregorij Imperij diſtinctio.
8. Traditur vera interpretatio & lectio ex Pandectis Florentinis ad Paulum in l. cùm hæres, 4. ∫. 1. de ſtatu liberis, & ad Pomponium in l. fin. de manumiſſ. teſtam.

Conditio, ſi millies dederit, *non impoſsibilis, ſed valdè difficilis & penè impoſsibilis.*

Conditio, ſi mille dederit, *non eſt valde difficilis.*

Millies idem quod millio, id eſt, decies centena millia nummorum.

9. *Non idem ſeruatur in contractibus, quod in matrimonijs, & vltimis voluntatibus, quoad conditiones impoſsibiles eis appoſitas, & traditur diſcriminis ratio, & num. ſeq.*

Contractus per metum non vitiantur, nec pœna ab eis reijcienda, ſecus in matrimonio remiſsiuè.

Eccleſia reijciendo conditiones impoſſibiles à matrimonio conſenſum purum in contrahentibus declarat.

10. *Conditiones impoſsibiles ab vltimis voluntatibus reijciendæ & traditur diſcriminis ratio inter vltimas voluntates & contractus.*

Nihil calamitoſius & miſerius homini accidere poſſe, quàm ſine hærede decedere.

Impoſsibilem conditionem in vltimis volũtatibus mendam appellari à Iuriſconſultis, & traditur vera lectio ex Pandectis Florentinis ad Vlp. in l. 1. de condit. inſtitut.

Conditio impoſsibilis in vltimis voluntatibus ex errore ſcribendis præſumitur adiecta, in contractibus autem ludendi & iocandi cauſa.

ETsi conditio impoſſibilis cõiugali contractui adiecta ex ſua natura diſſenſum potiùs quàm conſenſum indicet, cùm ſit ipſe relatus in conditionis euentum, & ſic magis 1

annul

annullare matrimonium, quàm firmare videretur, cùm tamen coniugij fauore & intuitu, reiiciat Eccleſia *e* huiuſmodi conditionem, ſicut etiam vltimæ voluntatis fauore excluditur ipſa à iure *f*, ſi hoc contrahentes nouerint, nec aliter animum ſuum explicent, purè cenſentur contrahere, & ſecundùm Eccleſiæ intentionem, quæ conſenſum purum & abſolutum eſſe præſumit *g*.

2 Sanè hoc in conditionibus à natura impoſſibilibus: nam ſecus dicendum erit in naturaliter poſſibilibus, ex accidenti tamen impoſſibilibus, vel lapſu temporis, cùm præteritum redire non poſſit: tunc enim vel valet matrimonium, vel irritum fit ex euentu conditionis *h*; veluti ſi quis cum fœmina contrahat ſub conditione, *Si pater eius viuit:* nam quamuis morte patris præcedente impoſſibilis ſit conditio vitæ, quia tamen id contingit ex accidenti, vel ex tranſcurſo præteriti, quod redire minimè poteſt, & de ſui ipſius natura vita patris erat poſſibilis, non reiicitur hæc conditio, ſed vel ſtatim valet, vel eſt nullum matrimonium, vt notant Aretinus, & Syluester *i*.

3 In hocque matrimonium ab vltima voluntate differre quibuſdam placuit, quia in vltimis voluntatibus conditiones ex accidenti impoſſibiles reiiciuntur. Quod ipſi probare nitũtur ex Iuliano *l* hæc verba proferente: *In teſtamento ſic erat ſcriptum: Lucio Titio, ſi is hæredi meo tabellas, quibus ei pecuniam expromiſeram, dederit, centum dato. Titius deinde antequàm tabel-*

e c. fin. de cõdit. appoſit. cui conſonat l. 3. tit. 4. p. 6.

f l. 1. & ibi Bart. l. ſi quis ita inſtitutus, 6. l. mulier, 20. de condit. inſt. l. ſi Mæuia, 45. de hæredibus inſtituẽdis l. ſi mihi, & tibi, 12. §. 1. l. ab omnibus, 104. §. in teſtamento, de legatis primo l. qui dotem, 13. de dote prælegata. l. obiit, 3. de cõditionibus & demonſtrationibus.

g d. c. fin. de condit. appoſit. tenẽt Palud. in 4. diſt. 29. q. 2. in fine, Couar. 2. p. c. 3. §. 2. n. 1. Greg. Lopez in l. 6. verbo, *morte de ere*, ad finem, tit. 4 p. 4.

h ſic Adrianus, in 4. de matrim. q. 6. Caietan. in ſacramentali q. 49. de matrim. concluſ. 4.

i Aretinus conſ. 82. col. penult. Sylueſter ver. matrimoniũ, 3. q. 8.

l Iulianus in l. ab omnibus, §. in teſtamento, de legatis primo.

las hæredi redderet, deceſſerat; quæſitum eſt, an hæredi eius legatum deberetur? Caſſius reſpondit, ſi tabulæ fuiſſent, non deberi; quia, non redditis his, dies legati non ceſſit. Iulianus notat: Si teſtamenti faciendi tempore tabulæ nullæ fuerunt, vna ratione dici poteſt, legatum Titio deberi, quod huiuſmodi conditio pro non ſcripta habetur. Item ex Alfeno *m*, qui ſic loquitur: *Si Mæuia mater mea, & Fuluiæ filia mea viuent, tunc mihi Lucius Titius hæres eſto, Seruius reſpondit, ſi teſtator filiam numquàm habuerit, mater autem ſuperuixiſſet, tamen Titium hæredem fore, quia id quod impoßibile in teſtamento ſcriptum eſſet, nullam vim haberet.* Quibus in locis ſuprà dictæ opinioni minimè fauetur, cùm in conditionibus etiam natura impoſſibilibus non ex accidente, nec ex facto præterito ipſi Iuriſconſulti loquantur, & Accurſius *n* intellexerit, teneantque Couarruuias & Thomas Sáchez *o*: nam quamuis poſſibile ſit teſtamenti faciendi tempore tabulas extitiſſe, impoſſibile tamen eſt & fuit, illas exiſtere quæ nũquam fuerunt. Item etſi aliquẽ habuiſſe filiam poſſibile ſit, fuit etiam impoſſibile eam viuere, quæ in rerum natura edita nunquàm fuiſſet.

m Alfen. in l. ſi Mæuia, de hæred. inſti.

n Accurſ. in d. l. ſi Mæuia, verbo, impoſſibile.

o Couar. d. c. 3. §. 2. n. 3. Thom. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 5. diſp 4. n. 18.

Quo fit, vt ea conſultorum reſponſa etiam ad matrimonium deduci poſſint, vt ſi cum aliqua fœmina contrahatur ſub illa conditione, *Si viuit tua filia*, vel, *ſi tabulas, quibus tibi pecuniam promiſeram, hæredi meo dederis*, validum ſit matrimonium ea conditione, vt impoſſibili, reiecta, caſu quo nunquàm filia nec tabulæ in rerum natura fuerunt; ſicut etiam à legato reiicitur *p*. 4

p d. l. ſi Mæuia, & d. §. in teſtamento.

Item quemadmodum conditiones, quæ iure 5 ſunt

ſunt impoſſibiles, ab vltimis voluntatibus reiiciuntur, iiſque ſublatis teſtamentum vires obtinet *q*, ita à connubiis expellendæ ſunt, veluti, *Contraho tecum, ſi inter conſanguineos intra quartum gradum poteſt matrimonium contrahi*; vel, *ſi filius poteſt ſine cauſa à patre exhæredari*: nam cùm id poſſumus, quod de iure poſſumus *r*, impoſſibile dicitur quod de iure fieri non poteſt, quia hæc conditio (vt rectè probat Adriánus *ſ*) refertur ad ius præſens, quo iure id eſt impoſſibile.

6 Ex quo intelligenda venit Clementis V. *t* deciſio, quæ dum conſanguineis intra quartum gradum matrimonium contrahentibus ipſo facto pœnam excõmunicationis irrogat, extendenda etiam eſt ad caſum, quo ſub illa conditione contrahatur, *ſcilicet inter conſanguineos contraherè*, dummodò contrahentes nouerint eam eſſe impoſſibilem de iure, velintque contrahere ſecundùm iuris diſpoſitionem, quæ dictam conditionem reiicit: ea namque reiecta, habetur pro matrimonio purè & abſolutè contracto. Sed ſi in euentum conditionis, quam ſciunt impoſſibilem, & non aliàs, vellent contrahere, Clementinæ pœnam minimè incurrent, cùm abſit eis voluntas contrahendi de facto & (vt ſentiunt Couarruuias, & alij *v*) Clemens puniri tantùm intendat voluntatem contrahendi de facto, vbi ius reſiſtit, ob conſanguinitatis vel affinitatis impedimentum.

7 His proximum eſt controuerti ab vtriuſque iuris Profeſſoribus, an etiam reiiciantur à matrimonio

q l. 1. de condit. inſt. l. cõtinuus, §. cùm quis, de verborum obli. §. impoſſibilis, Inſt. de hæred. inſt. & docet Bart. in d. l. 1. n. 5. & 6. Imola n. 11. Molina lib. 2. de Hiſpanor. primogeniis c. 2. n. 36. Couar. d. c. 3. § 2. n. 7. Adrianus in 4. q. 3. de matrim. dubio 11. Greg. Lopez in d. l. 6. verbo, *monte de oro*, tit. 4. p. 4.

r l. nepos Proculo, de verborũ ſignific.

ſ Adrianus in 4. de matrim. q. 11.

t Clem. vnica, de cõſanguinit. & affinit.

v Couar. d. c. 3. § 2. num. 8. Adrianus in 4. de matrim. q. 3. dubio 10. ad finem, & dubio 11. in ſolut. Ledeſma de matrim. q. 47. art 5. triplici col. ante finem, §. in huius rei expoſitionem, & ſequenti.

nio conditiones quæ tantùm de facto ſunt impoſſibiles. Et quamuis vtriuſque opinionis ſint multi Auctores, nihilominus placet magis Gregorij Lupetij *x* diſtinctio; ſcilicet, conditionem aut eſſe impoſſibilem de facto, reſpectu illius tantùm perſonæ cui implenda proponitur, & non etiam reſpectu aliorum, vt ſi apponatur pauperi conditio talis, *Contraho tecum, ſi dederis centum mille in dotem*, quæ cùm alio poſſit impleri auxilio non reiicitur, ſed actum ita ſuſpendit, vt ea adimpleta, & ipſe ſuſtineatur, deficiente verò annulletur, quia hæc impoſſibilitas difficultas à Iuriſconſultis *y* appellatur. Aut eſſe impoſſibilem aliorum etiam reſpectu, vt, *ſi dederis montem aureum artificialem*: nam etſi multis aureis congregatis conſtrui poſſet, quia tamen id difficilè fieret, nec eſſet poſſibile de facto alicui perſonæ, reiicitur, vtpote impoſſibilis, huiuſmodi conditio.

x Greg. Lupet. in l 6. verbo, *monte de oro*, tit. 4. p. 4.

y l. cõtinuus, 137. §. illud, de verbor. obli.

Vnde deducitur vera interpretatio ad Pauli re- 8
ſponſum *z*, quo diſpoſitio libertatis ſeruo relictæ ſub ea conditione, *ſi hæredi millies dederit*, vitiatur, & non conditio, quia hæc non erat impoſſibilis, ſed valdè difficilis, vel (vt inquit idem Paulus) penè impoſſibilis, quam conſtat à teſtatore ſeruo adiectam, ne vnquàm ſeruus liber eſſet, vt ipſe oſtendit ibi, *quia nec animus dandæ libertatis eſt.* Et in eadem ſpecie Pomponius *a*, *Cùm teſtator impediendæ magis quàm dandæ libertatis gratia ita ſcripſiſſe intelligitur.* Et ſic Paulum legendum eſſe *millies*, & non *mille*, ex Pandectarum Florentinarum fide, & Antonij Auguſtini lectione affirmo. Conditio námque illa, *ſi mille dederit*, non vitia

z Pau. I. C. in l. cùm hæres, 4. §. de ſtatu liberis.

a Põponius in l. fin. de manumiſ. teſtam.

viciaret diſpoſitionem, quia non ita difficilis eſt, vt penè impoſſibilis reputetur, cùm facilè poſſet adimpleri, ſi ſeruus peculium haberet, aut patrẽ, vel cognatos, qui poſſent pro eo conditionem adimplere, vt ex quodam Vlpiani *b* loco colligitur. Verbo autem, millies, is numerus ſignificatur qui vulgò *millia* dicitur, id eſt, decies centena millia nummorum, quod penè ditiſſimi liberi hominis patrimonium eſt; vt ſic Valerius Martialis:

b Vlp. in l. ſuus quoque, 4. §. puro, de hæred. inſtit.

Valer. Martial. lib. 1. Epigramma. 104 ad Scæuolam.

Si dederint ſuperi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum Scæuola factus eques:
Qualiter ô viuam, quàm largè quamque beatè?
Riſerunt faciles, & tribuêre dij,
Sordidior multò poſt hoc toga penula peior:
Calceus eſt ſarta terque quaterque cute:
Deque decem plures ſemper ſeruantur oliuæ,
Explicat & cœnas vnica menſa duas:
Et Veientani bibitur fex craſſa rubelli:
Aſſe cicer tepidum conſtat, & aſſe Venus.
In ius, ô fallax, atque inficiator, eamus:
Aut viue, aut decies Scæuola redde deis.

9 Nec idem quod in matrimonio & vltima voluntate diſpoſitum eſt circa conditiones, tam per naturam quàm iure & facto impoſſibiles, in contractibus obſeruatur: hi enim vitiantur, quoties ſub impoſſibili conditione initi fuerint *c*: nam etſi coniugalis contractus maiorem conſenſus libertatem deſideret, quàm cæteri contractus, quos nec metus irritos facit, nec pœna ab ipſis excluditur, cùm ille per metum vitietur, nec pœnæ adiectionem vn-

c l. impoſſibilis, 7. de verb. oblig. l. non ſolùm, 30. de obl. & actio. §. impoſſibilis, Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. 3. tit. 4. p. 6.

quàm admittat, vt ſuprà oſtendimus, ex huiuſmódique conditionum natura diſſenſus potiùs quàm conſenſus arguatur: & ſic magis vitiari matrimonium, quàm cæteri contractus videretur, cùm tamen Eccleſiæ conſtitutio eas à matrimonio reiiciat, manifeſtè indicat conſenſum non ſupplendo, ſed declarandô eum eſſe purum & abſolutum in contrahentibus conditionis impoſſibilitatem, & eius excluſionem non ignorantibus. At in cæteris contractibus, cùm ius non excludat eam conditionem, ipſius adiectio diſſenſum indicat, & ſpontaneam ac liberam voluntatem tollit. Cuius diſcriminis ratio eſt fauor matrimonij, pro quo præſumit Eccleſia ea verba accipi in ſenſu abſoluto, perinde ac ſi conditio appoſita non eſſet, ita vt ipſa nihil penitus operetur, quia ſemper pro matrimonio iudicandum eſt *d*, in quo cùm animæ periculum vertatur, ſi fortè ſeparentur qui legitimè ſunt coniuncti, eligit Eccleſia in dubio quod animæ tutius eſt, ſcilicet vt matrimonia ſuſtineantur, quia (vt inquit Innocentius III. *e*) *Satius eſt contra ſtatuta hominum aliquos dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra ſtatuta domini ſeparare.*

d c. fi. de ſententia, & re iudicata.
e Innocẽtius III. in c. licèt ex quadam, de teſtibus. ita Metina c. de reſti. q. 23. §. reſpondeo, ſaluo meliori iudicio. Spino in Speculo teſtamentorum, gloſſa 14. principali, n. 138.

Et quamuis ſupradictæ rationes in vltimis voluntatibus ceſſantes illarum nullitati locum facere viderentur, ita vt pari paſſu cum contractibus in hoc ambularent; eſt tamen præter maximum illarum fauorem, de quo Paulus Iuriſconſultus *f*, alia ſpecialis ratio, cur per conditiones impoſſibiles non vitientur, ſed reiectis illis diſpoſitiones puræ & 10

f Paul. I. C. in l. vel negare. ff. quẽadmodum teſtam. aperiant. l. in teſtamentis, de reg. iur.

validæ

validæ permaneant, quia cùm teſtamenta non duorum aut plurium placito, nec ex mutuis conuentionibus, ſed ſolius tantùm morituri verbis & voluntate perficiantur, ſi in eorum inſtitutionibus aut legatis apponatur aliqua conditio, quæ natura, iure, vel facto impoſſibilis ſit, ex errore potiùs ſcribentis, aut ex ſumma mentis perturbatione, quàm ex certo iudicio eam adiectam iuris Auctores interpretandum exiſtimarunt, diſſimulatione magis, quàm ex verbis coniecturam voluntatis capientes; nec verò ſimile voluêre eo animo & iudicio talem conditionem adieciſſe teſtatorem, vt in re tam graui, qualis eſt teſtamenti factio, qua nihil in actionibus humanis grauius eſſe profitetur Cicero *g*, ludere voluiſſet & iocari. Et quia credendum non eſt, ipſum ſine teſtamento & hærede decedere *h* maluiſſe, quo nihil calamitoſius & miſerius hominibus accidere poſſe veteres iudicabant *i*. Vnde impoſſibilem conditionem vltimæ voluntati aſcriptam mendum appellat Vlpianus *l*, *Sub impoſſibili* (inquit) *conditione, vel alio mendo, factam inſtitutionem placet non vitiari.* Sic enim legendum eſt ex Pandectis Florentinis, & non, *alio modo*, quod docet Duarenus *m*, & Cuiac. *n* ſenſit ponderando dictionem *alio*, quæ cùm ſit ſimilium repetitiua, apertè conſtat & conditionem impoſſibilem vltimæ diſpoſitioni adiectam mendum exiſtimari, eóque colore à Iuriſconſultis reiici in vltimis voluntatibus. Quæ quidem omnia locum non habent in conuentionibus, cùm ex duorum

g Cicer. Philipp. 2.

h l. 3. verſ. nec credendum, de milit. teſtam.

i l. vel negare, ff. quemadmod. teſtam. aperi. l. & quia, 6. de interrogatoriis actio. prin. Inſt. ad legem Falcid. §. 1. quibus ex cauſis manumit. nō licet, prin. verſ. vnde, de hæred. qualit. & differ. §. adhuc autem, de bono. poſſeſ. §. hoc reſcripto, de eo cui libertat. cauſa bona addicuntur.

l Vlp. in l. 1. de condit. inſtitut.

m Duarenus in paraphraſi ad titulum de condit. inſtit. c. quæ conditiones, pag. 2.

n Cuiac. in l. impoſſibilis, 7. de verbor. oblig.

pluriúmve mutuo iudicio proficiſcantur, in quibus admitti non poteſt, ex errore fuiſſe adiectam conditionem, quam non eſſe extituram tam promittens, quàm ſtipulator certò ſciebant, ideóque ludere magis & iocari, quàm obligationem contrahere creduntur cogitaſſe *o*: neque tam præcipua videtur cogitatio teſtatoris, qui à nullo interrogatus vel admonitus illam adiecit conditionem, vt diſpoſitio eſſet illuſoria, quàm quæ fit in conuentionibus propter mutuam & reciprocam contrahentium interrogationem & reſponſionem, vt ex Marciano *p* facilè colligitur.

o l. non ſolùm, 31. de obligat. & actio.

p Marcianus in d.l. non ſolùm.

***

CAPVT

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

De turpi conditione.

SVMMARIVM.

1. *Turpis conditio ac impoſſibilis cenſetur, &, vt ea, reijcienda fauore nuptiarum, ſicut etiam fauore vltimarum voluntatum.*
Turpis conditio ad delinquendam incitat, & explicantur verba Vlp. in l. 1. de condit. inſt.
2. *Turpis conditio de præſenti vel præterito non reijcitur, & qua ratione.*
Impoſsibilis conditio tam de præſenti & præterito, quàm de futuro ſemper reijcienda.
3. *Turpes conditiones in contractibus, non reijciuntur.*
Eccleſia fauore matrimonij excludit conditiones turpes, & purum cenſetur matrimonium.
4. *Conditio,* ſi te virginem inuenero, *à matrimonio, reijcienda, tanquàm turpis & illicita.*

1 CVM turpis conditio, vt teſtantur Dominicus Soto, & Gregorius Lupertius *q*, ac impoſſibilis cenſeatur, nuptiarum etiam fauore, ſicut & vltimarum voluntatum *r*, ſimili modo quo impoſſibilis reiicienda eſt *ſ*, ex eo quòd ad peccandum, vel aliquod turpe perpetrandum incitet; & hoc eſt quod Iuriſconſultus *t*, ſublatenter tamen, inſinuat illis verbis, *Sub impoſsibili conditione, vel alio mendo*, ſicut in Pandectis Florentinis legitur, quam lecturam te-

q Dominicus Soto in 4. diſt. 29. q. 2. art. 3. paulò poſt principium concluſ. 2. Greg. Lup. in l. 6. verbo, *ſi ſurtieres* tit. 4. p.
r l. reprehendenda, C. de inſti. & ſubſtitut. l. 3. tit. 4. p. 6.
ſ c. fin. de cōdit. appoſit.
ſ I. C. in l. 1. de cōdit. inſt.

nendam, & non, *alio modo*, ſuprà diximus. Mendum autem idem eſt quod vitium, quaſi dicat Iuriſconſultus ſub impoſſibili conditione de natura aut ſub alia turpi inhoneſtáve conceptam inſtitutionem non vitiari.

2 Ex quibus infertur, conditionem turpem de præſenti aut præterito, vt, *Contraho tecum, ſi Titium occidiſti*, non reiici, ſed illa verificata, valere matrimoniũ, deficiẽte verò, nullum eſſe, quia non inuitat ad delinquendum, aut aliquid turpe faciendum, ſed factum eſſe ſupponit, vt docẽt D. Thomas, & alij *v*. In quo hæc differt ab impoſſibili conditione, quæ ſiue de præſenti, vel præterito, ſiue de futuro apponatur, ſemper reiicienda eſt, quamuis per eam non inuitetur ad delinquendum, vt notat Couarruuias, ſequutus Paludanum *x*.

3 Nec etſi huiuſmodi conditiones turpes ad delinquendum ſint indubitatiuæ, ideò reiiciendæ ſunt in cæteris contractibus, in quibus non idem fauor qui in matrimonio conſideratur, pro cuius conſeruatione *y* eas non animo ſuſpendendi adiectas fuiſſe in dubio præſumit Eccleſia, & ita purum & validum matrimonium eſſe *z*.

4 Vnde conditionem illam, *Contraho tecum matrimonium ſi te inuenero virginem*, reiiciendam eſſe tanquàm turpem & illicitam, notat Bernardus *a*, quem Panormitanus & Aretinus ſequuntur.

v D. Thom. in 4. diſt. 29. q. vnica, art. 3. quæſtiũcula 3. & ibi Palud. q. 2. art. 5. n. 28. Adrian. in 4 q. 3. de matrim. dub. 9. §. reſpõdeo ad primum, quod maior, verſ. ad tertiũ dico, Syluest. ver. matrim. 3. q. 1. in fine, Couar. c. 3 §. 2. n. 2. & Greg. vbi ſuprà.

x Couar. & Palud. vbi ſu.

y c. fin. de ſẽtentia, & re iudicata.

z c. fin. de cõdit. appoſitis.

a Bern. gloſſa celebri verbo, præſumendũ, circa finẽ, in c. per tuas, de condit. appoſit. ſequũtur Panormit. ibi, Aretinus conſ. 82. n. 4. verſ ſuper tertio verò dubio.

CAPVT

CAPVT DECIMVMNONVM.

De matrimonio errore contracto.

SVMMARIVM.

1. *Nihil conſenſui tam contrarium quàm error.*
Matrimonium ex errore perſonæ vel conditionis nullum, ſecus ex errore qualitatis vel fortunæ, & aſſignatur ratio.
2. *Intellectus ad Alexand. Imperat. in l. cùm proponas, C. de hæred. inſti.*
3. *Inſtitutio monachi fugitiui, qui in habitu laicali exiſtens laicus exiſtimabatur, valida ex Paulo Caſtrenſi.*
4. *Traditur vera reſolutio ad quæſtionem an qui compreſſam ab alio & vitiatam ducit vxorem, vel cum corrupta, ignorans ſponſalia de præſenti, contrahit, poſtmodùm re comperta ſtare promiſſis cogatur?*
Maritus coniugem infidelem aut hæreticam quam ignoranter duxit, non poteſt idcirco repudiare.
Conditio, Duco te in vxorem, ſi te virginem inuenero, *reijcienda tanquàm turpis & illicita remiſſiuè.*
5. *Referuntur verba Vlp. in l. ſi vxor, 13. §. fin. ff. de adulterijs.*
6. *Reprobatur opinio Thomæ Sanchez, & aliorum exiſtimantium diſſolui poſſe ſponſalia de præſenti, quando ſponſus ignorans præcedentem ſponſæ deflorationem, contraxit cum ea, exiſtimans eſſe virginem.*
7. *Bonæ fidei contractus ex dolo dante cauſam contractui nullos eſſe.*
Nuptiæ ex dolo dante cauſam contractui an ſubſiſtant?

Dolus

Dolus mulieris virginitatem ſimulantis an impedit matrimonium.

8. Traditur interpretatio ad Vlp. in l. exempto, 11. ff. ſi quis virginem, de actio. empti.

Matrimonij eadem quæ libertatis, iuriſiurandi, atque reliquarum rerum ſpiritualium conditio.

CVM nihil conſenſui tam contrarium ſit quàm error *b*, ſi matrimonia, in quibus libertimus conſenſus deſideratur *c*, errore contrahantur, nullius momenti erunt *d*; quod ita procedit, ſi talis error circa perſonam ſit, vel conditionem: ſecus enim obſeruabitur ſi concurrat circa qualitatem, vel fortunam, vt optimè Gratianus *e* probat, & vltra Doctores *f*, Gregorius *g* docet. Cuius diſcriminis ratio eſt, quòd cùm error circa ea quæ ſunt de actus eſſentia eum impediat, vt ex Vlpiano *h* intendit Bartolus *i*, & ſequitur Gregorius *l*, is autem ſi ſit perſonæ vel conditionis, in iis concurrere dicatur, quæ ſunt de eſſentia matrimonij: ſiquidem circa perſonas, & circa ipſam mutuam & liberam traditionem corporum contingit ex defectu conſenſus, matrimonium vitiabitur, docente Couarruuia, cum aliis *m*. Error verò qualitatis vel fortunæ matrimonium non vitiat, quia non tollit conſenſum *n*, cùm talis qualitas atque fortuna facilè poſſint intelligi, nec pertineant ad nuptiarum ſubſtan

b l. ſi per errorem, de iuriſdict. omn. Iud. l. 2. in prin. de iudiciis. l. alioquin, & contrah. empt. l. cùm teſtamentũ, l. non idcirco, de juris & facti ignorant. l. ad probationẽ, C. de locato. c. 1. in prin. 29. q. 1.

c quamuis, 38. diſt. notãt Couar. 2. p. c. 3 §. 7. in prin. Greg. Lopez in l. 10. gloſſa 2. tit. 2. p. 4.

d c. Gemma, de ſpõſal. cũ ſimilibus, ſuſcitatis. *d* c. tua, 26. de ſpõſal. c. propoſuit, c. ad noſtram, de cõiug. ſeruo. c. ſi quis ingenuus, & per totã 29. q. 2. l. 11. tit. 2. p. 4.

e Gratia. in c. 1. 29. q. 1.

f Doctores in c. quemadmodũ, de iureiuran.

g Greg. in l. 10. per text. ibi tit. 2. p. 4.

h Vlp. in l. in venditionibus, 9. & in l. ſi quis fundum, 37. de contrahenda empt.

i Bart. in l. demonſtratio, n. 10. de condit. & demonſt.

l Greg. in l. 2. gloſſa 10. col. 4. principium, tit. 15. p. 2.

m Couar. vbi ſup. Dominicus Scoto in 4. Sententiarum, diſt. 30 q. 1 art. 1. & diſt. 35. q. vnica, art. 2. Cucus in Inſtit. cano lib. 3. tit. 12. n. 43.

n c. 29. q. 1. docent Baldus in l. cùm Archimedoram, C. vt in poſſeſſ. leg. 1a. Iaſ. in §. fuerat, n. 13. Inſtit. de actio.

ſubſtantiam, nec earum cauſa finalis, ſed magis impulſiua ſint, cùm non ob dotem aut nobilitatem præcipuè contrahantur, ſed abſque illis adminiculis rectè conſiſtant *o*; qua deficiente, actus tamen ſeu contractus non deficit *p*.

2 Hinc intelligitur Alexandri Imperatoris reſcriptum *q*, vbi valet inſtitutio ſerui, quem liberum teſtator putabat; quia error fuit in qualitate.

3 Ex quo infert Caſtrenſis *r*; inſtitutionem factam monacho fugitiuo, qui in habitu laicali exiſtens laicus exiſtimabatur, ita valere vt monaſterio acquiratur hæreditas, quia huiuſmodi error, ſi Baldo & Iaſoni *ſ* credimus, fuit qualitatis, & non perſonę.

4 Vnde deducitur ad illam agitatam quęſtionem, an qui compreſſam ab alio & vitiatam ducit vxorem, vel cum corrupta, ignorans ſponſalia de præſenti, cōtrahit poſtmodùm re comperta, ſtare promiſſis cogatur, & ad conſumandum matrimonium deinceps vrgeri poſſit? Longè verius eſſe non licere ſponſo ab hoc contractu reſilire: nam cùm ſit de qualitate perſonæ error huiuſmodi, qui minimè, vt diximus, conſenſum impedit, ſibi potiùs imputare debet qui non diligentiùs antè ſibi cauit atque proſpexit, quàm vt peſſimis exemplis coniugia rectè conſumata retractentur. Et cùm ex hac amiſſi pudoris cauſa non poſſit (ſecundùm Molinam & alios *t*) ſponſa ſponſum repudiare, rationi congruū eſt, vt idem iuris admittat in vxore maritus, quod in ſe æquum putauit *v*. Nec ſi maritus coniugem hæreticam aut infidelē, alióve animi morbo, quem

o l. fin. C. de donat. ante nuptias.

p gloſſa verbo, cauſam, in l. 1. ff. de poſtulando. latè Tiraq. in tract. de ceſſante cauſa, reg. ceſsāte cauſa, Greg. in l. 3. gloſſa 2. tit. 2. p. 1.

q Alex. Imp. in l. cū proponas, C. de hæred. inſtit.

r Caſtrenſis in d. l. cùm proponas, n. 4.

ſ Bald. & poſt eum Iaſ. omninò videndus, in l. eam quam, C. de fideicommiſſis.

t Molina to. 2. de Iuſt. & iure, tract. 2. diſput. c. 272. §. deinde ſi mulieri. Thom. Sanchez 1. tom. de matrim. lib. 1. diſput. 64. n. 9.

v toto tit. ff. quod quiſq; iur. in ali. ſtat. ipſe eod. iur. vtatur.

ipſe ignorabat; laborantem comperiat, repudiare eam idcirco poteſt *x*. Quinimò his caſibus manere coniugium, donec infidelis diſcedat, D. Paulus *y* iubeat, & cùm non ſint minores animi vitiati labes, quàm corporis, non debet admitti diuortium ob hoc corporis vitium, & præſertim ſi illa conditio, *Duco te in vxorem, ſi virginem inuenero*, tanquàm turpis, & illicita reiicitur, vt ex Bernardo *z* notant Panormitanus, & Aretinus *a*, eaq́; reiecta pro matrimonio pronunciatur *b*. Nec ſi expreſſa, diſertíſque verbis adiecta huiuſmodi conditio, matrimonium efficit conditionale, quantò magis tacitè ſubintellecta reiicienda eſt; cùm ſit abſurdum, tacita præualere plúſque operari expreſſis *c*. Qua ratione hanc opinionem præter Doctores *d* defendunt Florentinus, & alij, *e* & optimè probant Gratianus & Gregorius *f*.

5 Quibus addi poteſt quod Vlpianus *g* aſſerit, ſtupri accuſari eam mulierem non poſſe, quæ poſt illud ducta eſt: *Serò enim* (inquit) *accuſat mores mulieris, quos ducendo probauit.*

6 Ex quo conſtat, non ſatis bene Thomam Sanchium *h*, & quos ipſe refert, exiſtimaſſe veriorem eſſe contrariam opinionem, & ſic poſſe diſſolui ſponſalia, cùm ignorabat ſponſus præcedentem ſponſæ deflorationem, exiſtimans eſſe virginem. Nam cùm Vlpianus *i* non diſtinguat inter ignorantem & ſcientē, ſed generaliter loquatur, nec nos diſtinctionem facere debemus, vt Caius *l* oſtendit.

Vnde

x c. ex parte, 14. de conuerſ. cõiuga. c. 2. de diuortiis, l. vlt. vbi gloſſa verbo, abolito, C. de repudiis, cũ ibi allegatis.
y D. Paul. 1. ad Corint. 7.
z Bernard. gloſſa celebri verbo, præſumēdũ, circa finem, in c. per tuas, 6. de cond. appoſit.
a Panor. in d. c. per tuos, Aretinus, conſ. 82. n. 4. verſ. ſuper tertio vero dubio.
b c. fin. de cond. appoſitis.
c l. 3. vbi Doctores, ff. ſi cert. petat?
d Doctores in c. quēadmodum, de iureiuran.
e Florētinus 3. p. tit. 1. c. 2. §. 1. Cucus in Inſti. Canon. lib. 5. tit. 12. nu. 43. Vera Crux in Speculo coniugior. 1. p. art. 28. Nauar. in Manuali, c. 22. n. 32.
f Gratianus, in c. 1. in fine, 29. q. 1. Greg. in l. 10. per textum ibi, tit. 2. p. 4.
g Vlp. in l. ſi vxor, 13. §. ſi. ff. ad legem Iuliam, de adult.
h Thom. Sanchez. tom 1. de matri. lib. 1. diſput. 63. n. 3.
i Vlp. in d. § ſi. l. ſi vxor.
l Caius in l. de precio. 8. ff. de Publiciana in rem actio.

7 Vndę infertur, quòd licèt omnes bonę fidei contractus, quibus dederit cauſam dolus, ipſo iure nulli ſint *m*; nuptiæ tamen ſubſiſtent, ſi huiuſmodi dolus non circa conditionem, vel perſonã, ſed circa qualitatem, vel fortunam perſonæ contingat, vt ex ſingulari Bernardi loco notant Abbas, & alij *n*. Et ſic cùm dolus mulieris virginitatem ſimulantis non contingat circa conditionem; ſed potiùs circa perſonæ qualitatem, non erit ſufficiens ad matrimonium impediendum.

8 Ex quibus interpretationem recipit Vlpiani locus *o*, vbi ex emptione mulieris corruptæ, quæ putatur eſſe virgo, ob iuſtiſſimum errorem datur actio ad reſcindendum contractum, vt pretio reſtituto, mulier velut inempta reddatur, quia non eæ rationes in contractibus concurrũt, quæ in nuptiis, quarum eadem quæ libertatis iuriſiurandi atque reliquarum rerum ſpiritualium eſt conditio, vt poſtquam ſemel perfectæ ſunt, & ipſo iure valent, non poſſint per redhibitionem aut reſtitutiones alióve prætextu reſcindi *p*. Sed maneat in eis immota regula, *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet q*.

M 2

m l. & elegãter, 7. in prin. ff. de dolo. l. 3. § ſi ff. pro ſocio. l. in cauſę, la 2 § itẽ relatum, de minoribus l. domum, in fine, de contrahen. emp. l. ſi fraude, 6. C. de longi tempor. præſcrip. l. 57. tit. 5. p. 5. docent Bart. in d. l. & eleganter in prin. n. 6. Iaſo in §. actionũ, n. 31. Inſt. de actio. Couar. multos referens in reg. poſſeſſor, 2. p. §. 6. in fine. Aluarus Balaſcus, de iure emphyt. 1. p. q. 5. n. 9.

n Abbas ex gloſſa Bernardi verbo, ad fatuitatẽ, quam dicit ibi ſingularẽ, in c. cùm dilectus, de iis quæ vi metúſve cauſa fiunt. Baldus in R. de iudiciis, 1. lectione, col. 2. ſequitur Couar. alia adducens iura in d. cap. 3. §. 7. n. 3.

o Vlp. in l. ex empto, 11. §. ſi quis virginem, de actio. empt.

p l. liberos, 10. C. de liberali cauſa, l. 1. & toto tit. C. ſi aduersùs libertatem, Authent. Sacramenta puberum, C. ſi aduersùs venditionem. ca. quantò, 7. de diuortiis, Speculator in tit. de reſtitut. in integrum.

q c. quos Deus, 33. q. 2.

FINIS.

INDEX RERVM
MEMORABILIVM, QVÆ TOTO HOC OPERE CONTINENTVR, ordine Alphabeti digeſtus.

Primus numerus caput, ſecundus numerum capitis, tertius paginam demonſtrat.

A

ABSOLVTIO *expectanda eſt à iuramento metu graui extorto.ca.14. nu.1. pagina 60.*

Ampliſſimũ cum humili iuſtas nuptias non poſſe contrahere.5.1.19.

Anathemate damnandos qui matrimonia à filijsfamilias contracta ſine conſenſu parentum rata eſſe negant.. 10.3.34.

Anulum in nuptiarum pignus ſponſæ mitti ſolere ſicut arrha in emptione & venditione traditur. 11.9.42.

Anulus, qui ſponſæ in pignus nuptiarum dabatur, cur ferreus eſſet. eod.10. & 11.ibid.

Arrhæ in nuptijs permiſſæ, & aſſi- [illegible] *arrhas & pœnam. 15.7.67.*

B

Bonæ fidei contractus ex dolo dante cauſam contractuĩ nullos eſſe ipſo iure.19.7.91.& 92.

C

Catonẽ noluiſſe concedere Hortenſio petenti vxorem ſuã, niſi pater eiuſdem mulieris conſenſiſſet. 3.8.13.

Cœlibatus valdè probroſus apud antiquos & pœnæ multæ impoſitæ vitam cœlibem degentibus, maioráque præmia & prærogatiua ijs, qui plures liberos ſuſtuliſſent. 1.6.3.& 4.

Clauſula vel pactum non reuocandi teſtamentum non repugnat ini- [illegible]

Clericus ſacris ordinatus non prohibetur iure diuino vxorem ducere. eod.11.74.

Coëmptionem mulieris imaginarÿs venditionibus celebrari. 4.4.16.

Coitus non eſt potens ad inducendã matrimonÿ præſumptionem, vbi conditio appoſita eſt coniugio aduerſus eius ſubſtantiam. 16. 4.71.

Conditiones aduerſus bona matrimonÿ totam eius ſubſtantiam deſtruere. eod.1.69.

Conditiones de futura tam actus ſuſpenſiuæ quàm reſolutiuæ aduerſus ſubſtantiam nuptiarum, eas vitiant, ſecus ſi ſint de præſenti vel præterito. eod.2.70.

Conditione de præſenti vel præterito verificata, nuptiæ ſubſiſtunt, deficiente verò, ipſæ quoque deficient. ibid.

Cõditio de præſenti vel præterito nõ eſt propriè conditio, nec actum ſuſpendit. ibid.

Conditiones aduerſus bona prolis & vinculi, etiam ſi honeſtæ ſint, veluti caſtitatis vel religionis, matrimonium vitiare, remiſſiuè. eod.5.21.

Conditio, (ſi non nupſerit,) *reÿcitur ex lege Iulia de maritandis ordinibus ab vltimis voluntatibus, vtpote matrimonium impediens.* 1.7.4.

Conditio contractibus adiecta aduerſus eorum ſubſtantiam reÿcitur de actu

Conditio contra actus ſubſtantiam quando ipſum annullet. ibid.

Conditionem, ne poſſit precarium quandocunque reuocari, non repugnare actus initio. ibid.

Conditio habendi proprium in monaſterio annullat profeſſionem, vtpote contraria ſubſtantiæ eius. eod.9.ibid.

Conditionem manẽdi in domo cum omni ſubſtantia non vitiare profeſſionem, quia non eſt contraria eius ſubſtantiæ, & explicatur c. fin. qui clerici vel vouent. eod. 10.74.

Conditio vt poſſit ſacris ordinatus vxorem ducere, non eſſe contra ſacri ordinis ſubſtantiã, ſed contra Eccleſiæ præceptũ. eod.11.ibid.

Conditio impoſſibilis ex ſua natura diſſenſum indicat. 17.1.76.

Conditio impoſſibilis à natura fauore coniugÿ ab Eccleſia reÿcitur, ſicut fauore vltimæ voluntatis à iure. ibidem, 67. & 9.81. &c.18. 2.86.

Conditio natura poſſibilis, ex accidenti tamen impoſſibilis, non reÿcitur à matrimonio. 17. 2.77. *& an reÿciatur ab vlt. voluntatibus.* eod.3.eadem pag. cum ſeqq.

Conditiones iure impoſſibiles à matrimonio reÿciuntur, quemadmodum ab vltimis voluntatibus. eod.5.79.

Conditiones de facto impoſſibiles an reÿciantur à matrimonio. eod.7.

Conditio, ſi hæredi millies de-deris, *non eſt impoſſibilis, ſed valdè difficilis, penè impoſſibilis.* eod.8.80.

Conditio, ſi mille dederis, *non eſt penè impoſſibilis.* ibid.81.

Cõditiones impoſſibiles ſiue natura, ſiue iure, vel facto, contractus vitiant. eod.9.81.10.

Conditiones impoſſibiles cur vitient contractus, & non ita vlt. voluntates. eod.10.82.

Conditio impoſſibilis appoſita vltimæ diſpoſitioni ex errore potiùs ſcribentis, aut ex mentis perturbatione, quàm ex certo iudicio cenſetur adiecta. ibid.83.

Conditionem impoſſibilem vlt. diſpoſitioni adiectam mendum appellari à Iuriſconſultis. ibid.

Conditio turpis fauore nuptiarum, ſicut etiam fauore vltimarũ voluntatum, reÿcienda, quia ad peccãdum incitat. 18.1.85.& n.3.86.

Conditio turpis ac impoſſibilis cenſetur. eod.1.85.

Conditio turpis de præſenti vel præterito non reÿcitur à matrimonio, quia ad peccandum non inuitat. eod.2.86.

Conditio turpis in quo differat ab impoſſibili. ibid.

Cõditiones turpes, à cõtractibus non reÿciuntur. eod.3.86.

Conditio illa, ſi te virginem inuenero, *reÿcienda à matrimonio, tanquàm turpis & illicita.* eod. 4.86.& c.19.4.90.

Coniugium vnde dicatur. 2.1.6.

Coniuges ſeruorum non vxores ſed contubernales appellari. 5.3.19.

Conſenſus liber coëuntiũ requiritur ad mutuam corporum & perpetuam animorum coniunctionem. 3.4.9.c.12.8.49.& 19.1.88.

Conſenſus paternus neceſſarius erat iure ciuili in nuptÿs filiorum qui in poteſtate erant, non ad earum viliditatem, ſed ad ſolemnitatem & iuſtificationem. 3.5.10.c.6.4.22.& 10.1.33.

Conſenſum paternũ in nuptÿs filiorũ emancipatorũ, qui tamẽ minores 25. annorũ eſſent, ad iuſtificationẽ illarũ requiri; itẽ in nuptÿs filiarum etiam maiorum 25. annorum & traditur ratio. 3.7.11.12.& c.10.5.35.

Cõſenſus paternus expreſſim præſtitus filio præſente & tacente, ſignum exterius inducit ad nuptias contrahendas. 11.5.40.

Conſenſus melius verbis quàm ſignis declaratur. eod.13.43.

Conſenſum internum non ſufficere ad matrimonium. eod.15.44.

Cõſenſum reuelari poſſe per procuratores. 12.1.47.

Conſenſui nihil tã cõtrarium quàm metus. 13.1.53.

Conſenſu deficiente in matrimonio, deficit quoque in iuramento adhibito. 14.1.60.

Conſenſui nihil tã cõtrarium quàm error. 19.1.88.

Contrahens matrimonium vel ſpon-

ſalia de præſenti cum corrupta ab alio, & poſtmodùm re comperta, an ſtare promiſſis cogatur, & ad conſummandum matrimonium vrgeri poſſit? eod.4.89. cum ſeq.

Contractus coniugales maiorẽ libertatem cõſenſus quàm cæteri contractus deſiderat. 17.9.81

Contractus ex ſua natura inter abſentes poſſe per procuratores celebrari. 12.1.47.

Conuictiones ex duorum pluriúmve conſenſu & iudicio proficiſcũtur. 17.10.83.

D

DEfunctum ſine hærede decedere valdè calamitoſum & miſerũ erat. ibid.

Diffarreatio quid ſit. 4.3.15.

Diſpoſitio legis 49. Tauri quibus caſibus locum habeat. 10.6.35.

Dolus mulieris virginitatem ſimulãtis an annullet matrimonium. 19.7.91.

Donationes inter virum & vxorem prohiberi ex Plutarchi eleganti ratione. 3.3.9.

Dotis promiſſio metu facta an ipſo iure vitietur. 13.15.59.

E

EBrium nõ poſſe matrimonium contrahere, vbi ebrietas illum impedit. 6.7.23.

Eccleſiæ conſecratio vel dotatio, ſub conditione quæ Epiſcopũ ab eius cura excluderet, valet ſublata

putabatur, an reſcindatur. 19.8.91.

Eronem reſpondiſſe Leandro cupiẽti eam in vxorem ducere, non poſſe nuptias inter eos contrahi, quia ipſius parẽtibus nõ placebat. 3.8.13.

Error circa perſonã vel conditionem matrimonium annullat, ſecus ſi ſit circa qualitatem vel fortunam & traditur diſcriminis ratio, 19.1.88.

Aetatem 14. annorũ requiri in maſculis ad matrimonium, in fœminis 12. & ad ſponſalia ſeptem annorũ in vtroq. 7.1. & 2.25. & 26.

Aetatẽ in ſpõſalibus requiſitã malitia ſuppleri; & qua ratione. eo.2.25.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit opponi contractui iurato. 14.1.61.

Excommunicationis pœnam ipſo facto incurrunt conſanguinei intra 4. gradum matrimonium contrahẽtes, & an ea pœna extendatur ad contrahentes ſub illa conditione, ſcilicet inter conſanguineos contrahere. 17.6.79.

Exhæredationis pœnam indictam eſſe iure Regio filijsfamilias ſine conſenſu parentum contrahentibus. 10.2.33.

Exhæredationis pœnã filijsfamilias ſine conſenſu parentum nuptias contrahẽtibus impoſitã vno tantùm caſu locum habere. eod.6.35.

Exhæredationis pœnã non incurrũt

Exhæredationis pœnam filiosfamilias nuptias contrahentes abſque parentum conſenſu in regno Portugaliæ incurrere. eod.7.36.

F

FAciliores ſunt homines ad promittendum quàm ad tradendum. 15.7.67.

Ferrum cæteris metallis durius eſſe. 11.10.4.

Filia inuito parente nuptias contrahendo patris officium vſurpat. 10.5.35.

Filias etiam dignis maritis ante 25. ætatis annum ſine conſenſu parentum nubentes poſſe exhæredari. ibid.

Filij ex nuptijs ab ijs celebratis qui ſub poteſtate erant, ſine conſenſu parentum, etſi iniuſti, veri tamen & naturales filij erant, & in aliquibus æquiparantur iuſtis & legitimis filijs. 3.5.10.

Filius in patris poteſtate, qui aliàs abſq; infamiæ nota nuptias contrahere non poterat, excuſatur ab illa ſi iuſſu parentis ducat vxorem. eod.9.13.

Filius eius qui eſt in poteſtate ſimiliter in aui paterni poteſtate eſt. eod.6.11.

Filij ſeruorum iure ciuili non iuſti & legitimi erant, ſed naturales tantùm. 5.3.19.

Filiosfamilias ſine conſenſu parentum abſque iuſta cauſa nuptias contrahentes mortaliter peccare. 10.4.34.

Filijfamilias indignas vxoris ſine conſenſu parentum ducentes exhæredari poſſunt. eod.5.35.

Furioſus ex defectu conſenſus nullum negotium agere poteſt. 6.1.21.

Furioſus perpetuo morbo furoris laborans non poteſt contrahere matrimonium, ſecus ſi dilucida habeat interualla. ibid.

Furioſus, cui furor aliquando intermittitur, & teſtari, & alia agere poteſt. ibid.

Furioſum etiam dilucidis interuallis gaudentem nuptias contrahendo mortaliter peccare. ibid.

Furioſus, cui furor ſuperuenit, & dignitatem, & filios in poteſtate retinet. eod.2.22.

Furioſus cur matrimonium nō poſſit contrahere. eod.3.ead.pag.

G

GEneralis clauſula, poſt aliquos caſus expreſſos ſpeciale mandatum exigentes, licèt extendatur ad alios caſus non expreſſos, ſpeciale quoque mandatum petentes, ad matrimonium tamen non extenditur. 12.2.47.

H

HErmionem reſpondiſſe Oreſti eam in vxorē petenti, id pertinere ad arbitrium & curam ſui parentis. 3.8.13.

L

Imperium ampliari hominũ adiectione potiùs quàm pecuniarum copia, Adrianum Cæſarem maluiſſe. 1.4.3.

Impoſsibile dicitur, quod de iure fieri non poteſt. 17.5.79.

Inſtitutio ſerui, quem liberum teſtator putabat, de qua Alexander in l. cùm proponas, C. de hæred. inſtit. quare ſit valida. 19.2.89.

Inſtitutio monachi fugitiui, qui in habitu laicali exiſtẽs laicus exiſtimabatur, an valeat, vt monaſterio acquiratur hæreditas. eod. 3.89.

Iuramentum metu graui extortum non eſſe nullũ ipſo iure. 14.1.60.

Iuramentum an confirmet contractum inualidum & prohibitum. ibidem.

Iuramentum non ſolùm non validat matrimonium aliàs inualidum, ſed & ipſum iuramentum ita nullum eſt, vt nec abſolutio ab eo ſit neceſſaria .ibid. 61. & n. 2. ibidem.

Iuramentum ſortitur naturam contractus cui apponitur. eod. 1.61.

L

Liberi ex nuptijs à filijsfamilias ſine conſenſu parẽtum procreati iniuſti ſunt iure patriæ poteſtatis, familiæ & ſucceſsionis. 3.5.10.

Lycurgus inter leges, quas tulit Lacedæmonijs, præcipuam voluit in abhorrentes à nuptijs, quæ graues pœnæ impoſitæ fuerũt. 1.9.4.

M

Mandatum ſpeciale & nominatim requiritur ad matrimonium per procuratores contrahendum. 12.2.47.

Mandatum procuratoris, ad matrimonium debet eſſe ad cõtrahendum cum certa perſona. eodem, 3.48.

Mandatum morte finitur. eod. 5.48.

Matrimonium cõtractum per procuratorem etiam ignorantem ſimul cum altero coniuge mandati reuocationem nullum eſt. eod. 4.48.

Mater non ſolùm in partu ſed ante & poſt partum multos & va-

inſtitutum. cod.2.2.

Matrimonium eſt Sacramentum, dum eſt remediũ peccati. ibid. 3.

Matrimonij triplex bonum. eod.3.3. & c.16.1.69.

Matrimonium idem quod connubium, coniugium & nuptiæ. 2. 1.5.

Matrimonium vnde dicatur. ibid.

Matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduã vitæ conſuetudinem continens.3.1.8.& 13.13.58.

Matrimonia abſque conſenſu cõtrahentium celebrata triſtes atque infœlices ſolent exitus habere. 3. 4.9.& 12.8.50.

Matrimoniũ vſu, farre, vel coemptione contrahi ſolebat, & quo modo id fieret. 4.1. cum ſeqq. 14. & deinceps.

Matrimonia clandeſtina omninò nulla, ex Concilio *Trid.* 10.2.33.

Matrimonia à filijsfamilias ſine cõſenſu parentum contracta rata, & ritè ſunt contracta ex Cõcilio Trident. eod. 3.34.

Matrimonium ſignũ exterius ſenſibile requirit dum eſt Sacramẽtum. 11.4.40.

Matrimonium iuris præſumptione contrahitur inter filiosfamilias ex conſenſu paterno expreſſim præſtito filijs præſentibus & tacentibus. eod.5.40.

Matrimonium præſumi ſubſequuta copula poſt ſponſalia. eod.7.& 8. 41.

Matrimonium contractum ex conſenſu, qui aliàs nullus erat, ob aliquod iuris humani impedimentum legitimum efficitur, ſi adducta Pontificis facultate ad contrahendum vir & fœmina in eodem coniugio carnaliter perſeuerauerint. ibid.

Matrimonium præſumitur, ſi præmio fœminæ conſenſu vir annulum ipſi tradiderit. eod.9. 41. 42.

Matrimoniũ an contrahatur, reuelante Deo vtrique coniugi conſenſum coniugalem.eod.16.&17. 44.45.

Matrimonij naturam vt eſt contractus, non mutauit Chriſtus. eod. 16.45.& c.12.1.47.

Matrimonium inter conſanguineos contractum ſub conditione, ſi Papa diſpẽſauerit, *adueniente diſpenſatione, an ſit nullum, vbi alter coniux etiam altero ignorante conſenſum reuocauit. eod.9.50.*

Matrimonium ex metu cadenti in virum conſtantem nullum eſt ipſo iure. 13.8.55.& nu.12.58. & c.17.9.81.

Matrimonium metu reuerentiali contractum validum eſt.13.9.56.

Matrimonium ſpirituale in religionis profeſſione metu reuerentiali contractum valet. eod. 10.56. & 57.

Matrimonij ſubſtantia in quo conſiſtat remiſſiuè.16.1.69.& n.5.71.

Matrimonium inter ſacratiſſimam virginē Mariam & Ioſeph cum voto continentiæ perpetuæ contractum, fuit validum & perfectum. eod. c. 16. & n. 5. ead. pag.

Matrimonium ſub impoſſibili conditione à natura contractum purum & validum eſt, ſi contrahentes nouerint eam ab Eccleſia reÿci. 17.1.76. & 77.

Matrimonium ſub turpi conditione contractum purum & validum. 18.3.86.

Matrimonia errore contracta nullius momenti ſunt. 19.1.88.

Matrimonia ſeu nuptiæ non ob dotem aut nobilitatem contrahuntur. ibid. 89.

Mente captus & furioſus in iure æquiparantur. 6.5.22.

Mente capto perpetuo mentis morbo laboranti pupillariter poteſt ſubſtitui. eod. 6.23.

Menſis Maius infauſtus nuptÿs & inauſpicatus. 8.1.27.

Menſe Martio & omnibus Calēdis, Nonis, & Idibus, item parentalibus, quæ menſe Februario celebrabantur, nuptiæ non permittebantur. eod. 2.27.

& verbera præceſſerint. eod. 9.56.

Metus reuerentialis grauis præcedentibus minis ſeu verberibus non ſolùm ſpirituale, ſed & carnale matrimonium annullat. eod. 11.57.

Metus cadens in virum conſtantem non vitiat contractus ipſo iure. eod. 12.58. & c. 17.9.81.

Metum patienti conſenſus adeſt ad contrahendum in vi conditionali, ſecus in vi præciſa. 13.2.58.

Metus carceris an faciat contractum nullum. eod. 16.59.

Millies idem quod vulgò millon, *dicimus, id eſt, decies centena millia nummorum* 17.8.81.

Modus cōiugio aduersùs ipſius ſubſtantiam adiectus illum vitiat. 16.3.70.

Modus cōtractui ineſt cui adÿcitur. ibidem.

Muneribus omnibus exemptus erat Spartarum legibus, qui quatuor filios ſuſcepiſſet, & qui tres ab ſtationis cuſtodia liberabatur. 1.5.3. *& quid apud Romanos obſeruaretur.* ibid.

Mutus & ſurdus ſimul à natiuitate

tellectum, vt conſenſum ſignis explicare poſſit, matrimonium poteſt contrahere. eod.9.23.

Mutus & ſurdus & cæcus ſimul, ſiue à natiuitate, ſiue ex accidenti, an matrimonium cõtrahere poſſit. ibid.24.

N

Nihil violentum perpetuum. 3.4.9.

Nouæ nuptæ caput velamine lutei coloris tegebatur. 2.1.6. & traditur ratio. eod.2.ibid. & quare hodie velentur fœminæ, cùm ſacerdotales benedictiones à Parocho accipiunt. ibid.

Nuptiæ vnde dicantur. eod.1.6.

Nuptiæ à filijs in poteſtate conſtitutis ſine conſenſu parentum celebratæ, etſi iniuſtæ, validæ tamen erant. 3.5.10. & 9.1.29. & num.2.30. & num.4.31.

Nuptiæ à filijs emancipatis etiam ſine conſenſu parentum celebratæ iniuſtæ non erant, & traditur ratio. 3.6.11.

Nuptias iuſtas qui contrahere poterant, & qui. n.5.1.18. & ſeq.

Nuptias iuſtas iure Pontificio omnes contrahere poſſunt. cod.4.19.

Nuptiæ certis temporibus antiquitùs prohibebantur, & quibus etiam hodie interdicantur. 8.4. & 5.28.

Nuptiæ ex dolo dante cauſam contractui an ſubſiſtant. 19.7.90.

Nuptiarum eadem eſt conditio quæ libertatis inquirendi ... & reli-

quarum rerum ſpiritualium eod. 8.91.

O

Officium patris vſurpat filia contrahendo nuptias ſine eius conſenſu. 10.5.35

P

Pactum de mittendo libello repudij; etiam inter Paganos, irritum facere coniugalem contractum. 16.7.72.

Pactum, ne poſſit quandocunque precarium reuocari, eſſe contra precarij ſubſtantiam, & tamen ipſum non reuocare. eod. 8.73.

Panegyrim ex patris arbitrio ſuas nuptias pendere reſpondiſſe. 3. 8. 12.

Pater filiam ſtipulanti in vxorem ſpondere ſolebat, & quomodo hoc fieret. ibid.

Patricij cum plebeijs prohibebantur anteà nuptias contrahere. 5.1.18. poſteà verò permiſſum fuit inter eos contrahere. eod.2.19.

Patrona vel eius filia cum liberto nuptias iuſtas non contrahebat. ibidem.

Peccatum veniale committere qui abſque verbis ſed ſolis ſignis conſenſum exprimentibus nuptias contrahunt, niſi iuſta cauſa eos excuſet. 11.13.43.

Peccatum mortale perpetrare, qui ſolis ſignis nuptias contrahentes non ſatis conſenſum explicant, ſed ita dubium relinquunt, vt

lites oriri poſſint. eod. 14.44.

Pœna à nuptijs reijcienda, vtpote eas impediens. 15.1.65.

Pœnam ſoluere nullo foro tenetur fidei violator. ibid.

Pœna non ſolùm reijcitur cùm per ipſos contrahentes, ſed etiã quando inter eorum parentes & conſanguineos apponitur. eod.2 65.

Pœnæ promiſſio nec iureiurando firmatur. eod.3.65.

Pœnæ promiſſio propter publicã vtilitatem in nuptijs prohibetur. ibid.

Pœna reijcienda eſt, non ſolùm, ea quæ in proprio patrimonio minuendo, ſed etiam quæ in lucro non acquirendo conſiſtit. eod. 4. 66.

Pœnæ promiſſio quando ſit valida. eod.5.66.

Pœna in contractibus appoſita non reijcitur. 17.9.81.

Procreationis cauſa præmia conſtituta fuerunt ab Spartis & Romanis ijs qui procreãdis liberis operam darent. 1.5.3.

Procreationis cauſa cogebantur homines lege Iulia de maritandis

& aſſignatur ratio. 12. 4. cum ſeqq.48.& deinceps.

Prolis generatio non inferiorem locum vtilitatis obtinet inter bona matrimonij. 1.4.3.

Prolis generatio mutuum amorem inter coniuges conciliat, & Rempublicam liberis hominibus replet. ibid.

Pubertatem quomodo veteres indicarent tam in maſculis quàm in fœminis. 7.1.25.

Pubertas Iuſtiniani conſtitutione in maſculis ex 14.*& in fœminis ex* 12. *annorum implemento indicatur.* ibid.

Q

QVinquagenaria & ſexagenarius inter ſe nuptias cõtrahere non poterant. 5.1.19.

R

REctor prouinciæ cum prouinciali nuptias contrahere prohibetur. ibidem.

Reipublicæ intereſt, vt libera ſint matrimonia. 15.3.66.

Reuocatio nuntij vel epiſtolæ non in-

hendum cum alia. eod. 12.51.
Reuocans mandatum iuratum non reuocari, an periurij reus ſit, eod. 10.50.

S

SAliorum diebus feſtis abſtinendum nuptijs. 8.3.27.
Secularem principē nihil circa matrimonium ſtatuere poſſe.10.1.33.
Secularem legem poſſe punire pœna exhæredationis modum inordinatum contrahendi nuptias. eod. 5.35.
Senatoris filiam prohiberi nuptias contrahere cum libertino. 5.1.19.
Serui iure ciuili nuptias non contrahebant, ſed eorum coniugia contubernia appellabantur. eod.3.19.
Sexagenarius cum quinquagenaria prohibebatur nuptias contrahere. eod.1.19.
Signa exteriora de eſſentia matrimonij requiri. 11.4.40.
Signa exteriora in omni humano contractu interuenire. eod.15.44.
Sponſa cùm introducebatur in domum viri cur diceret, Vbi tu Caius, ego Caia. 3.1.8.

T

TEſtamentum factum cum pacto vel clauſula non reuocandi, ſuſtinetur reiecto pacto. 16.8.73.
Teſtamenti factio res grauis eſt. 17.10.83.
Teſtator non præſumitur velle ſine hærede decedere. ibid.
Traditio perfecta requirit perfectum actum humanum ex interno & externo conſenſu. 11.16.45.
Tutores dabantur ex lege Iulia de maritandis ordinibus mulieribus qui eas deſponderent in vxores, atque dotarent. 3.10.13.
Tutor, & eius filius prohibebantur nuptias contrahere cum pupilla. 5.1.19.

V

VErba an ſint neceſſaria de ſubſtantia nuptiarum, ſaltem inualentibus loqui. 11.cum ſeqq. 38.& deinceps.
Verba neceſſaria ſunt ad explicandum conſenſum. eod.4.40.
Verba neque de ſubſtantia neceſſitate, neque de præcepto Eccleſiæ in nuptijs ſunt neceſſaria; & reprobatur cōtraria ſentētia.eod.13.43.
Vir qui ignorans vxorem hæreticam aut infidelem duxit, non poteſt eam idcirco repudiare. 19.4.89.
Virginali pudori indignum eſt maritum ſibi eligere ſine conſenſu parentum. 3.7.12.
Voluntas magis factis quàm verbis declaratur. 11.4.40. & c.12.11.50.
Voluntas coacta quæ dicatur. 13.12.58.
Voluntas coacta, quæ ex metu procedit, non eſt ſufficiens ad contrahendum matrimonium, licèt ad cæteros contractus ſufficiat. eod. 13.58.

Votum caſtitatis vel religionis licèt in initio contractus ipſum vitiet, ſi tamen contingat poſt contractum matrimonium, non annullabit illud. 16.6.72.

Vxores apud Romanos Dominæ matreſquefamilias appellabãtur, & qua ratione. 3.2.9.

Vxor iniuſta quæ dicatur. eod.5.11.

Vxores ſicut aliæ res vſucapiebantur, & quomodo interrumpebatur vxoris vſucapio. 4.2.15.

Vxor quomodo materfamilias efficeretur. eod.4.16.

Vxorem in poteſtate viri eſſe, & ei ſeruire debere, & obſequia præſtare. eod.5.17.

Vxorẽ iure ciuili operas marito præſtare teneri, ſuamq; hæredem fieri. eod.6.17.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nonnulla vtcunque leuia paſſim irrepſerunt quæ hîc omittuntur errata, ſed hæc non omninò tollenda ſic corriguntor.

PAg.3.8.& procreationem,*ibid.in marg.* b raliter, el 2.*ita alibi ſæpius*.4.12. reiiciatur, *ibid. in marg.* x S.C.Tertyl.8.16.*reponatur altera parentheſis poſt* Solorzano)9.*in marg.*n l.contrahitur,4.ibid.q in fine, de ſponſal. cap.fin. *ibid.* tract.de Sacram.c. *ibid.* vbi Gregorius gloſſa 1.tit.1.l.1.l.5.30.21.eſſent iniuſta,iniuſta vxor, *ibid.in marg.* r Iuſtinianus *ibid.* r Balduinus in d.princ.15. *in marg.* i in l.in liberæ,17.8.filij ita 19.3.diſſoluerer,) *ibid.in marg.* ſ l.2.verſ.corroſideſimos tit.14.*ibid.*t l.Iulius Paulus. 21.*in marg.* o in c.neque furioſus,32.22.*in marg.* l in l.6.verbo,el que fueſſe,23. *in marg.* l.Panormit. 24.6.noſſet.25.24.tam ad matrimonia,*ibid.in marg.* y in Inſtituta canonica,26.*in marg.* b Couar.vbi ſuprà.27.13.tradit.*ibid.* 27. Sic idem Ouidius: *ibid.in marg.* f Briſſonius 28.7. vtilis & nuptis,10.delectum 30.18.& D.Auguſtinus 34.7.Sed omiſſis 35.3.permittebatur ipſis, filios. *ibid.in marg.* z c.noſtrates,30.37.3.inualentibus loqui,*& ſic deinceps*.39.*in marg.* l in l.cùm notiſſimi, *ibid.* n por palabras. 40.28.inducit,43. *in marg.* c in 4.diſt.27. *ibid.* que ſe haga por palabras,45.9.matrimonium conſtitui poſſe abſque ſignis exterioribus ex interiori *ibid.in marg.* m Petrus à Ledeſma 48.9. non ſit ei reuocata *ibid.in marg.* u Angelus verbo,matrimonium, *ibid.* Sylu.verbo,matrimonium, 5.q.9.50. *in marg.*i matrimoniũ,5.q.3.51.*in marg.*p conſ.281.54.1.aliàs,maioris mali.*reponatur in marg ibid in marg.* a.l.metum,la 2.b el 1.cod.tit.e alterum verò f Ariſt.lib.h arg.text. 55.*in marg.*m famoſi,ff.ad *ibid.* n in l.in omnibus cauſis,56.23.referri 25.illud tamen, quod 57.*in marg* a Couar.2.p.58.25.à principio 59.*in marg.* a 2.p.Rubricæ 62.4. *dele* Et 19.timore necis *ibid.in marg.*r Innocent.III.64.24.de cond. appoſit. 65.3.& referuntur 68.25. contractus connubialis, 69.7. reuocari,71.8.valuit vt conditionalis. *ibid.*12.*ex pungatur vtraque parentheſis.* 72 *in marg.* l Couar.2.p 73.*in marg.* o aliquid, *ibid.* t adminiſtratione permiſſum. 75.23. Gregorij Lupetij diſtinctio. 76. 24. ſcribentis. 78.7. & Fuluia 79.*in marg.* q.c.12.n.36. 80 *in marg.* z 4.1. de ſtatu lib.81.6.qui vulgò millio 9.Martialis oſtendit. 85.7. ad delinquendum 19. Gregorius Lupetius,23. vel aliquid *ibid.in marg.* q tit.4. p.4. 86. 18.ſint inuitatiuæ, 88.*in marg.* v l.alioquin,de contrah. e cum ſimilibus ſuprà citatis.